

1018.

1158. julio i.

Bernardo Bremón y su esposa Sancha dan al Monasterio el alodio que poseen en Subirats.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 546.— MAS, *Notes*, v, 235-6 (n.º DCCCLXX).
A. C. A., Cart., f. 157v, n.º 508.

Pateat cunctis qualiter ego Bernardus Bremon et uxor mea Sancia, nos in simul damus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et tibi Raimundo, abati, et monachis eius, ipsum alaudium nostrum quem habemus in comitatu Barchinone, in terminio de Subirads, et in parrochia s. Petri de Subirads, sicut terminatur: ab oriente in alaudio Bernardi Ermengaudi, a meridie in alodio Guillelmi Bremundi, ab occidente in sumitate ipsius ribe de Noia, a circio in alio nostro alaudio et in torrente qui venit de Espicellis. Et est predictum alaudium, quem damus vobis, ad Verca. Quantum iste quatuor affrontaciones includunt et termini ambiunt, sic damus Domino Deo et iam dicto monasterio, et eius servientibus prefatum alaudium pro remedium anime Arnalli de Corbera, filii nostri, et pro hereditate eius, ut teneat et habeat et possideat prefatum monasterium ut suum alaudium proprium, francum et liberum in perpetuum, et de nostro iure [*d*]. Si quis hoc disrumpere...

Quod est actum kal. iulii, a.º xxi.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m Bernardi Bremon; S + m Sande, uxoris eius, qui hoc laudamus [1] ; S + m Guillelmi de Corbera, filii eorum; S + m Galiana; S. + m Seluana; S + m Bernardi Ermengaudi; S + m Raimundi Bremundi de Ferran; S + m Petri, filii eius; S. + m Bernardi Ermengaudi; S + m Guillelmi Bremundi.

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc ...

1019.

1158, julio 17.

El abad Ramón da a Gcrurdo Guilamany los frutos del manso Torre.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 236 (n.º DCCCLXXI).
A. C. A., Cart, f. 154, n. 500.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus, s. Cucufatis abbas cum omni conventu mihi comisso, damus tibi Geraldo Guilamagni et proieniei tue sive posteritati, uni post alium, indivisibiliter, omnes expletos quos debent exire monasterio s. Cucufatis ex manso qui vocatur Turrem et partem molendini quod est constructum in eodem manso, quam nos modo debemus accipere, secundum precariam quod Berengarius, abbas s. Cucufatis, fecit Guilamagno, avo tuo ex predicto honore. Addimus etiam tibi Geraldo Guilaraagni et proieniei tue sive posteritati tascham, quam nos habemus in manso Ledoni exceptus illam tascham quam nos adcepimus in molendino quod est constructum in manso Ledoni. Iterum addimus tibi Geraldo Guilamagni et proieniei tue sive posteritati, illum honorem quem nos habemus in loco qui vocatur Cortei, scilicet, vineas et alaudia, culta et erema. Affrontat autem omnis predictus

honor: a parte orientis in torrente de Canadelo, qui dividit terminum castri de Subirads et castri de Vite, a parte vero circi in estrada superiore, qui tendit castro de Vite, sive in pecia rotunda, a meridie in alta serra sive in via qui tendit de castro Vitis ad castrum de Subirads, ab occiduo in alaudio s. Iuliani. Omnes enim expletos sive eximentos atque directos huius honoris, quos nos habemus vel accipere debemus, inter istas iiii. affrontaciones, damus tibi Geraldo et proieniei tue sive posteritati, exceptus defuncione mortuorum et tascham molendini Ledonis. Tali modo tibi damus Geraldo Guilamagni et proieniei tue sive posteritati omnem supradictun. honorem uni post alium, indivisibiliter, sicut superius insertum est, ut dones nobis et successoribus nostris, tu et tui post te, annuatim, per censum, in festivitate s. Felicis duos sestarios boni frumenti preparati molendini ad legitimam mensuram Granate, et tu et tui post te deferre faciatis monasterio s. Cucufatis in tuis iumentis, sine nostro adiutorio, et tu et ille vel illa ex tua generatione, qui habuerit prescriptum honorem, sit semper solidus s. Cucuphatis et maneat semper in predicto manso, et tu nec tui post te non possitis vendere neque inpignorare, neque in aliam personam transmutare, sine nostro consilio et nostrorum successorum, et ibi non aclametis ...; et si infra terminum predicti honoris alium vel alios molendinos feceritis, secundum laudementum vestrorum amicorum et nostrorum, nobis et nostris post nos censetis, et similiter tu, et tui post te, habeatis in prescripta conveniencia semper. Si quis hoc...
Actum est hoc xvi.º kal. aug., a.º xxi.º regni regis Lodovici iunioris.

1020.

1158, agosto 8.

Guillermo, obispo de Barcelona, otorga al Monasterio y a su abad Ramón todas las iglesias que fundó el cenobio en sus predios y que fueron destruidas por los sarracenos.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 279.—MAS, *Taula*, in, 552; *Notes*, v, 236-7. — PUIG, *Episcopologio*, 137, 158, 163.—ROVIRA, *Historia*, iv, 14.

A. C. A., Cart., f. iii, n.º 374.

Plurimum predecessorum virorum exempla edocent, necnon et sacrorum iussa canonum seu instituta insinuant atque corroborant, monasterio sive cetera queque loca s. religioni subdita et discipline regulari tradita a matrice sua eccl., hoc est, ab episcopali sede debere tutori, opibus et honoribus augmentari dilatari et amplificari, ab ipsis quoque episcopis visitari, consuli et protegi et ex facultatibus suis sibi subveniri atque distribui, et ut ad meliora proveantur iugiter exortari. Qua propter ego Guillelmus, Dei gratia Barchinonensis episcopus, cum assensu canonicorum meorum dono, concedo, atque trado cenobio s. Cucufatis et tibi Raimundo, abbati tuisque monachis ac successoribus vestris in perpetuum, ecclesias infra prediorum vestrorum terminos fundatus, sed per infestacionem paganorum olim destructas, quas licet in anterioribus vestris scripturis, scilicet, in regalibus preceptis, in Barchinonensium comitatum concessionibus, in Romanorum privilegiis habeatis, ac longa possessione teneatis; tamen speciale donum episcoporum ex su-

pradictis vobis deesse conquerimini. Concedimus itaque vobis ecclesiam sancte Marie, que est iuxta castrum s. Olive antiquitus sita, et a paganorum inpugnationibus destructa, et ecclesiam s. Iuliani, que est in ipso castro, cum decimis, primiciis et oblacionibus, ut in dicta ecclesia b. Marie monachus mittatis ac in Dei servicio, sepulturam et omnem ecclesiasticum ordinem exerqueatis, ecclesias quoque de castello Caldarii cum decimis et primiciis et oblacionibus. Terminus quoque supradictarum ecclesiarum, sicut in authenticis castrorum vestrorum supradictorum reperiuntur scripturis, cum alaudiis et pertinentiis quas omnes supradicte ecclesie modo habent, vel in antea habiture sunt. Hec vero supradicta habenda, tenenda, possidenda, sicut superius exaratum est, vobis in perpetuum vestrisque successoribus, salva reverentia et obedientia sancte nostre Sedis, concedimus. Si quis hanc nostram legitimam atque canonicam videre presumpserit largitionem, anathematis perpetui gladio cum Achar feriatu et donec digne satisfaciat suppliciiis depertatus eternis, requisimis tradatur tortoribus, penas prephate presumptionis seu violationis luituras eternas.

Acta sunt hec vi.º idus augusti, anno ab Incarnacione Domini MCLVIIIº, anno quoque xxii.º regni regis Ledovici, iunioris.

S + m Guillelmi, Barchinonensis episcopi, +; Petrus, sacrista, ss.; Poncius, levita atque decanus, ss.; S + m Berengarii de Bitulona; S + m Ugonis, Barchinonensis sacriste; S + m Berengarii de Terracia; S + m Bernardi, levita; S + m Arnalli, subdiachoni; S + m Ermengaudi, canonici; S + m Berengarii, levita; S + m Poncii, scribe; S + m Martini, canonici; S + m Berengarii de Subirads.

Bernardus, levita, qui hoc ...

1021.

1158, octubre 27.

Bernardo de Lor y su esposa dan al abad Ramón un manso situado en San Baudilio, e« el prado de Lanera.

KICGESTA: BALARI, *Orígenes*, 146, 210, 546. — MAS, *Notes*, v, 237-8 (n.º DCCCLXXXIII). A. C. A., Cart., f. 255 v, n.º 785.

Tam presentibus quam futuris sit manifestum qualiter Bernardus de Lor et uxor eius Giro atque filii eorum, scilicet Bertrandum et Arnallum, donant Domino Deo et s. Cucuphati atque domno Raimundo, abbati et monachis eius sive omnibus successoribus eorum, unum mansum cum exiis et regressiis suis, sicut melius habet et tenet Petrus Suniol per illos vel pater eius Raimundus Suniol habuit et tenuit similiter per illos per hereditatem Guillelmi filii iam dicti Bernardi atque Giro quem fecerunt monachum s. Cucuphatis. Est autem iam dictus mansus in parrochia s. Baudilii, in Prato de Lanera. Affrontat: a parte orientis in manso quem Martinus per iam dictum Bernardum de Lor tenet, a meridie in marina que vocant de Olmatellos, ab occiduo in alaudio Bertrandi de Lor, a parte vero circii in alaudio s. Petri Puellarum. Quantum habet inter istas *iiii.*^{or} affrontaciones, totum ab integrum, de mea potestate vel iure ad faciendum quicquid voluerint trado vel delibero in potestatem vel in ius s. Cucuphatis vel eius servienci,um; in mansum autem predicto, decimum vero retinemus. Si quos hoc ...

Quod est actum vi.º kal. nov., a.º xxii.º regni regis Ledovici iunioris.

S + m Bernardus de Lor; S + m Giro, uxor eius; S + m Bertrandus; S + m Arnallus, filii eorum nos qui hanc donacionem [iv] ; S + m Bertrandus de Lor: S + m Guillelmus Raimundi, fratres eius; S + m Poncius de Montornes. S+m Petri, presbiteri, qui hoc . .

1022.

1158, diciembre 18.

Gerardo de San Juan y su mujer dan y definen al abad Ramón los mansos de "L'om, Sabides y Muntpestler" y otras propiedades, a fin de que si su hijo Alberto quiere ser monje, sea admitido sin dote.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 238-9 (num. DCCCLXXIV-V).

B: A. C. A., *Cart.*, f. 174, n.º 558.

C: A, B, C, *Cart.*, f. 182, n.º 583.

Mosén Mas notó ya que se trataba de dos escrituras iguales, exceptuando las firmas. En la primera los firmantes son de la familia de los otorgantes, y en la segunda, del Monasterio.

Sit notum cunctis quod ego Geraldus s. Iohannis, et uxor mea Arsendis, donamus atque reddimus sive diffinimus in manu domni Raimundi, abbatis s. Cucuphatis, Domino Deo et s. Cucuphatis monasterio atque servientibus eiusdem monasterii, illum mansum qui vocatur de Lom, cum omnibus suis pertinentiis, et illum mansum de Sabides, cum omnibus suis pertinentiis, et illum mansum, qui vocatur de Muntpestler, cum omnibus suis pertinentiis, et totum hoc quod habemus et tenemus a via Pedrosa sive a termine de Gelida usque in torren{tem} qui est subtus Matoses, et totum hoc quod habemus et tenemus ab ecclesia s. Andree usque in terminum de manso de Conamines Et de nostro iure sive potestate in dominium et potestatem abbatis iam dicti atque eius¹ conventus tradimus ad facienda² illorum voluntatem; ita ut nec nos, nec aliquis per nostram vocem illud quod nos habebamus vel tenebamus infra supradicta termina, nichil amoda inibi requirat. Tali modo hoc facimus, ut filius noster, Arbertus³ nomine, si nos volumus illum dare monasterio s. Cucuphatis ad monachilem habitum, abbas s. Cucuphatis et eius conventus recipiant illum sine aliqua hereditate vel sine aliquo avere, exceptus receptus⁴ et illius vestimenta. Et si forte ipse moreretur antequam monachilem habitum acciperet⁵ alium in loco illius recipiant cum supradicta conveniencia. Et si nos nolebamus facere illum monachum vel ille nolebat se facere monachum, supradictum donum vel reddicionem sive diffinicionem semper sit monasterii s. Cucuphatis et eius serviencium, et ad diem nostri obitus abbas s. Cucuphatis et eius conventus recipiant corpora nostra honorifice in cimiterio s. Cucuphatis, quia nos medipsi dedimus ibi. Si quis hoc ...

Actum est hoc xv.º kal. ian., a.º xxii.º regni regis Ledovici iunioris.

+ Raimundus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas; Geraldus, monachi; Guillelmi, monachi; Guillelmus, monachus; Geraldus, monachus; Bernardus, monachi; Arnallus, monachus; Poncius, monachi; Raimundus, monachus; Petrus, monachus.

Bernardus, levita, qui hoc scripsit. ..

quem honorem Guillelmus de Vila Alta dicebat se habere et tenere per abbatem s. Cucuphatis. Quod vero predictus abbas Guillelmo iam dicto hoc non concedebat, unde vero invicem longam habuerunt contencionem. Tandem laude et consilio nobilium virorum venerunt ad placitum ante portas ecclesie s. Marie de Apiera ibique ab utrisque partibus ostensis vocibus Guillelmus de Vila Aita recognovit se quod nichil iuris habebat in predicto honore, et ideo in presencia Guillelmi, clerici, de Apiera et Raimundi de Apiera et Iohannis Iozberti et Berengarii Sanla et aliorum proborum hominum deffinivit et evacuavit Domino Deo et s. Cucuphati in manu domni Raimundi, abbatis, predictum honorem de Vila Clara, ut modo nec deinceps ego nec homo per meam vocem in prefato honore aliquid requiram nec requirant, sed solide et libere habeat in perpetuum prescriptum honorem s. Cucuphas et sui servientes, ad faciendam voluntatem illorum, sine blandimento ullius hominis vel femine. Quam diffinitionem sive evacuacione propter remissionem [e] prescripto abbati et suis monachis fecit Guillelmus de Vila Alta et ut ad diem obitus sui monachi s. Cucuphatis recipiant corpus suum honorifice in illorum cimiterio si parentes sui vel amici portant illud. Et si in vita sua monachilem habitum recipere velit cum avere et honore quem prescriptus Guillelmus donet monasterio s. Cucuphatis, abbas et monachi iam dicti recipiant illum. Si quis hoc ...

Quod est actum v.º idus febr., a.º xxii.º regnante Ledovico, rege iuniore.

S + m Guillelmi de Vila Alta, qui hoc [v]; S + m Berengarii, filii eius; S + m Iohannis Iozbert; S + m Berengarii Sanla; S + m Raimundi Ferrer; S + m Bernardi, magister; S + m Guillelmi, presbiter; S + m Raimundi de Apiera.

Bernardus, levita, qui...

1026.

1159, marzo 20.

Arsendis y sus hijos venden al abad Ramón una hacienda sita en la parroquia de San Quírico, en el lugar llamado Arenes, por cien sueldos de dinero.

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 542. Original.

Sit notum cunctis qualiter ego Arsendis, una cum filiis meis Petro et Guillelmo, vendimus Domino Deo et s. Cucuphati et tibi Raimun || do, abbati, atque conventui sibi submisso ipsum nostrum mansum quem habemus in comitatu Barchinone, et in parrochia s. Chi || rici, in loco vocitato Arenes. Predictum vero mansum vobis vendimus cum omnibus suis terminis et affrontacionibus, simul cum ingres || sibus et egressibus suis, ut dici vel intelligi potest melius ad utilitatem vestram et s. Cucuphatis et de nostro iure in vestro tradimus potes || tatem et in vestro dominio sanctique Cucuphatis ad alaudium proprium et liberum, sine ullo retentu nostro nostrorumque propinquis. Terminatur autem predic||tus mansus: ab oriente in alaudio s. Laurencii et in ipsa riera de Sobarbar, a meridie in alaudio s. Marie de Riopu || llo {et s. Petri de Torrente}, ab occiduo in alodio s. Laurencii sanctique Cucuphatis, a circio in alaudio s. Laurencii {et comitis}. Quantum iste affrontaciones includunt et ter || mini ambiunt, sic vendimus Domino Deo et s. Cucuphati pre-

phatum mansum, totum ab integrum, sicut melius tenuit et habuit Rai || mundus Bonifilii, olim defunctus, per Dalmacium et per Petrum Girberti. de So-barbar. Accipimus a bonis s. Cucuphatis pro ac vendicio || ne c solidos dena-riorum. Si quis hoc...

Quod est actum xiii.º kal. apr., a.º xxii.º regnante Lodovico, rege iuniore. [S + m Arsindis; S + m Guillelmi Roberti, qui hec laudamus et [i] || S + m Guialme, sororis eorum; S + m Carbonel; S + m Guillelmi de Sobarbe; S + m Geralli Rober; || S + m Dalmacio de Cercitulo; S + m Petri de Sales; S + m Bernardi Iozfrecli. ||

S + m Petri Roberii, sacerdotis, qui hoc scripsit et firmavit.. .

1027.

1159,

junio 10.

Gerardo Alamany y su esposa definen y permutan con el abad Ramón la "alberga" que recibían de Masquefa, obteniendo del Monasterio cincuenta maravedises oro y un mulo de cincuenta sueldos.

REGESTA: RIBERA, *Genealogía*, 75.—MAS, *Notes*, v, 241 (n.º DCCCLXXIX).
A. C. A. Cart., f. 182, n.º 585.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Geralli Alamagni et uxor mea Saurina, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum damus et deffinimus et evacuamus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et vobis domno Raimundo, abbati suo et monachis eiusdem cenobii presentibus et futuris, illam albergam, integriter, quam accipiebamus in ipsa villa vestra de Mazcheffa sicut melius ibi habemus et habere debemus, ac ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem eiusdem cenobii eiusque serviencium, de nostro iure in ius et dominium omnipotentis Dei et eiusdem cenobii, et abbatis et monachorum suorum, tradimus per suam propriam ipsam albergam ad quod inde abbas et monachi sui facere volerint, sine ullo nostro nostrorumque retentu, et absque ullius hominis vel femine vinculo, ut ab ista hora in antea nos vel aliqua persona per nos, nec per vocem parentum nostrorum, supradictam albergam vel aliqua ullam exaccionem requirere vel accipere non possimus nec possint. Accipimus quoque pro hac donacionem et diffinicionem de bonis eiusdem cenobii L morabetinos bonos legitimos, in auro, sine engan et mulum unum de precio c solidorum Barchinonensis monete. Hec autem omnia facta sunt in presencia domni Guillelmi, Barchinonensis episcopi, et Petri de Cartiliano, magistri domus Milicie Templi, et Ugonis de Cervilione, et Bernardi de Rochafort, atque Petri de Curia, et Bernardi de Fonoiar et aliorum multorum hominum ibi assistencium. Si quis hoc ...

Actum est hoc iii.º idus iunii, a.º xxii.º regni Ledoyci iuniori.

S + m Geralli Alamagni; S + m Saurine, uxoris eius; S + m Geralli, filii eorum; S + m Ugonis, filii eorum; S + m Ermessendis, filie eorum; S + m Guillelmi de Camarasa; S + m Guillelmi, Barchinonensis episcopi; Ss. Petrus, sacrista, ss.; S + m Petri de Cartiliano; S + m Bernardi de Rochafort; S + m Petri de Curia; S + m Bernardi de Fonoiar; S + m Mironis de Turriliis; S + m Poncii de Fonoiar; S + m Guillelmi de Castelvil; S + m Guillelmi de Sancto

Martino; Bernardi Ermengaudi; S+m Bertrandi de Castelleto; Ss. Ugonis de Cervilione; S+m Berengarii de Terracia; S.+ m Bernardi de Gelida; S+m Raimundi, comes.

S+m Petri de Corron, scriptoris, qui scripsit...

1028.

1159,

agosto 12.

Ramón, abad de San Cugat, otorga a Berenguer Ramón y a su esposa Ermesendis, y a sus descendientes, el manso denominado "Villa Merdosa" más la compra que el padre de aquél hizo de Guillermo Giscafredo. Berenguer Ramón pagará a cambio tasca de pan y de huertos y el quinto del vino, pero exceptuando lo correspondiente a la citada compra.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 207 (n.º MCCLVI).

A. C. A., Cart., f. 175, n.º 562.

Sit notum cunctis qualiter ego Raimundus, s. Cucufatis abbas cum omni conventu mihi comisso, donamus Berengario Raimundi, uxorique tue Ermesendis, omnique proieniei sive posterita vestre, uni post alium, indivisibiliter, mansum nostrum qui vocatur de Villa Merdosa, cum omnibus suis pertinentiis, et damus vobis illam emcionem, quam Raimundus Guielmi, pater supradicti Berengarii, fecit de Guillelmo Giscafredi. Affrontat autem supradictum mansum: a parte orientis in manso de Luiols, qui est alodium s. Cucufatis, a meridie in collo de Portello, exceptus tenedonem quam mansus de Podio abet infra hanc affrontacionem, ab occiduo in termine de Apiaria, a parte vero circii in mansum de Olzina, qui est alodium s. Cucufatis. Tali pacto damus tibi Berengario uxorique tue Ermesendi, omnibusque vestris post vos sicut superius scriptum est, ipsum mansum iam dictum, sicut superius est terminatum iam dictis affrontacionibus, ut donetis nobis omnibusque successoribus nostris de pane et de ortis, tascham, et de vino quintum, exceptus emcionem, quam Raimundus Guielmi, pater Berengarii fecit de Guielmo Giscafredi, de qua emcione dabit Berengarius tantummodo in diebus suis unum parilium caponum, et post obitum Berengarii, illi qui abuerint hanc emcionem, non donent caponos, sed donent de pane et de ortis, tascham et de vino, quintum. Et per supradictum donum vos et vestri qui habuerint post iam scriptum honorem sitis semper stantes in eodem manso, et bene laboretis et plantetis et edificetis vos et vestri post vos, et vos nec vestri post vos ibi alium. .. et vos et vestri post vos ad servicium s. Cucufatis et eius abitancium semper abeat. Si quis hoc ...

Actum est ii.º id. aug., a.º xxiii.º regni regis Lodovici iunioris.

S+m Ermesendis; S+m Berengarii; S+m Ermesendis; S+m Bertrandi; S+m presbiteri; S+m Iohannis; S+m Bernardi; S.+m Aianrici, bauli comes; S+m Berengarii Monesterioli; S+m Botini Sancte Fide.

S+m Raimundi, qui hoc scripsit...

1029.

1160,

marzo 18.

*Testamento de "Peretalo".*REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 207-8 (n. MCCLVII).

A.C.A., Cart., f. 403, n.º 1170.

In Dei eterni Salvatoris nostri Iesu Christi. Ego Peretalo, qui iaceo in egritudine in lectulo meo, timeo et paveo penam inferni et arpium nimicem prevenire ad misericordiam Dei et ad gaudia paradisi et eligo manumissores meis amicis, id sunt: Ramon de Montemenedi et Mir Guillelmum, fratrem meum, et mulier mea; precor vos amicis meis, ut si ego moritur... In primis quod siant solutos ipsos meos debitos qui sunt in veritate, et dubito corpus meum ad s. Petri Arcellis cum solidis x et relico per meum vestimentum solidos v et ad s. Maria Cherbasin solidos ii cum ipsas tracturas, quia ad s. Maria de Montemenedi solidos ii et ad s. Petri + sedis + Vico xii denarios et relinco ad mulier mea tota ipsa mea onore quod ego habeo et abere debeo in Ceherbasin sive in Feran sive in Capellades, totum teneat et possideat de vita sua et de post obitum de illa relinco ad infantes meos qui sunt creati inter me et illa; et si illa voluit virumprehendere, remaneat tota ipsa mea dominicatura de Cherbasi, exceptus ipso fevo. Et de post obitum de illa relinco ad filio meo Guillelm totum ipsum meum fevum de Cherbasin quod ego abeo et abere debeo ab ipso campo subtus vila de post obitum¹ et relinco ad Bernad filio meo ipsum meum campo quod vocant Bernucio et relinco ad Berenger filio meo ipso alodio quod vocant Salomones et ipso alodio de Mur Mur, et ad filia mea Dolca relinco totos ipsos meos directos quod ego abeo et abere debeo in ipso castro de Feran cum ipsa medietate de uno pullino et ipsos suos fratres et adiuvet ad virum donare et ad filios meos Pere et Ramon relinco ipsa mea onore de Capellades quod ego habeo et abere debere debeo et qualeque primus moritur de illos ambos sua ereditate inde veniat ad ille qui vivus fuerit et de ipso fevo de Cherbasin si Guillelm moritur sine infante de legitimo recupere ad Ramon, et si Ramon moritur sine infante de legitimo coniugio, relinco ad Pere et relinco mulier mea et infantes meos in ballia de dominio Deo et s. Maria et de Domnus senior meo Berenger de Grayana et de Ramon de Montemenedi.

Actum est hoc facto isto testamento xv.º kal. apr., a.º xxiii.º regnante Ledovico, rege iunio.

S + m Peretalo, qui istum testamentum [vi] ; S + m Loreta, coniux; S + m Ramon Montemenedi; S + m Berengarii Ermengo; S + m Mir Guillelmi. Arnallus, sacer, qui istum ...

1. *Sigue un espacio en blanco.*

1030.

1160,

abril 23.

Berenguer Reverter entrega a Arnaldo de Montserrat todo el "honor" de que era propietario, partiéndose los frutos entre ambos.

REGESTA : MAS, *Notes*, v, 241-2 (n.º DCCCLXXX).

A. C. A., *Cart.*, f. 171, n.º 549.

In Dei nomine. Notum sit... quod ego Berengarius Reverter dono tibi Arnaldo de Montserrad totum meum honorem et comendo ipsos meos castellos, et dono ipsos milites solidamente, sicut ego habeo vel habere debeo scilicet castrum de la Gardia et de Apieirola sive de Graneira, sive de Castel Nou, atque Dominicum de la Grua, in tali vero conventu dono ego Berengarius Reverter tibi Arnaldus de Montserrad, ut habeamus nos hambo in nostra vita omnem supradictum honorem sive expleta, medium per medium, et staticas in omnibus castris. Et si ego Berengarius Reverter obiero antequam te Arnaldus de Montserrad, dono et dimitto tibi totum meum honorem quem hodie habeo nec habere debeo, nec inantea adquisiero, in tuam possessionem, vel in tuum mandamentum usque ad ipsum diem quod filius meus fiat in miles, et de ipsa hora inantea, ut habeas et teneas totum meum honorem pro meo filio sicuti pro me, excepto quod filius meus habeat duas partes de dominico supra dicti horioris, et tu Arnaldus de Montserrad terciam partem, et in quantum mihi Berengario Reverter honoris qui fuit de nostra natura minuat tantum quam recuperare potuerimus per ullam causam, ego sine te, nec tu sine me, nec ambo insimul habeamus per medium, ego et tu et filius meus usque in finem seculi, et possis dimittere tuis parentibus hunc honorem quibus dimittere velis. Et dono ego Berengarius Reverter tibi Arnaldus de Montserrad totum meum honorem, sicut superius est scriptum, ut habeas et teneas tu vel tui, sive eciam propinqui quilibet, supradictum honorem dimiseris pro me Berengario Reverter sive pro meis filiis, et si ego vel Berengarius Reverter transiero ab hoc seculo vel meus filius sine infante legitimo, dono et dimitto tibi Arnaldus de Montserrad omnem meum honorem, totum ab integrum, tam fevum quam alaudem, sicut ego melius habeo vel habere debeo ad faciendam tuam voluntatem, et ego Arnaldus de Montserrad convenio tibi Berengario Reverter, ut sim tuus fidelis homo sicut de meo meliori seniore, et donem tibi potestatem supradictorum castellorum infra x die sicut constitutum est in Barchinonense curia. Et si ego Arnaldus de Montserrad obiero sine infante legitimo antequam tu Berengarius Reverter, nec tuus filius, dimitto tibi Berengario Reverter et filio tuo, supradictum honorem que mihi donas, excepto ipso honore quem tu modo non habes, qui fuit de nostra natura, quem Deo annuente recuperare poterimus, que ego de ipsa mea medietate possim facere meam voluntatem atque dimittere ubicumque voluero. Et ego Arnaldus de Montserrad in supradicto dono atque acapito supradicti honoris, mito de meo avere cccc morabatinos in auro, ad redimendum et ad meliorandum supradictum honorem, et adhuc amplius medietatem omnium expletorum que exierint de mea honore in vita mea et domni mei Berengario. Adhuc etiam convenimus uniuersisque ad alterum, quod totum ipsum honorem, quem possimus acaptare nec acquirere de senior christiano ac de sarraceno habeamus per medium, et si etiam nemo ex nobis faceret mis-

siones propter conquisicionem atque acapitum honoris unusquisque ad alterum reficiat medietatem missionis, et habeat medietatem honoris, et sic sit de comparatione honoris, et de pignoribus; refectis etiam missionibus habeamus per medium, excepto hoc quod unusquisque retinet per suam voluntatem, ut si haberemus +mulierem+ cum honore, non esset ipse honor muliere in hac divisione nec participacione. Et insuper convenio ego Berengarius Reverter et filius meus tibi Arnaldus de Montserrat, quod de supradicto dono . . . Et ego Berengarius Reverter convenio tibi Arnaldus de Montserrat, ut liberem tibi supradictum honorem, scilicet castra et milites et dominica sine tuo inganno, usque ad Nativitatem Domini primam venientem. Et ego Arnaldus de Montserrat convenio domno meo Berengario Reverter, ut redimam supradictum honorem, sicut superius est scriptum per cccc morabetinos usque ad Nativitatem Domini primam venientem, et nemo possit alongare hunc terminum sine consilio ad absalvimento alterius. Et ego Berengarius Reverter iuro manu mea propria, super crucem et super quatuor Evangelia tibi Arnaldus de Montserrat, sicut superius scriptum est, ita tibi attendam sine tuo inganno. Et similiter faciat filius meus sacramentale tibi Arnaldus de Montserrat et tuis, sive etiam propinquis quibus supradictum honorem dimiseris. Et ego Arnaldus de Montserrat iuro in manu mea propria super crucem, et super quatuor Evangelia ut, sicut superius est scriptum, tibi domno meo Berengario Reverter et filio tuo ut ita faciam et attendam sine tuo inganno.

Facta carta donacionis viiii.^o kal. may, a.^o ab Incarnacione Domini MCLX.

(*Firma de B. Reverter en caracteres arábigos.*)

S + m Berengarii Reverter, qui hoc domum feci; S + m Berengarii filii sui, nos qui hoc laudamus [i]; S + m Arnaldi de Montserrat, qui hoc laudo [vii] ; S + m Guillelmi de Sancta Fide; S + m Raimundi de Cerbelon; S + m Alaman de Sobirats; S + m Raimundi de Pegueira; S + m Ugonis de Pegueira; S + m Petri Dolom; S + m Poncii de Regadel; S + m Berengarii de Belvezin; S + m Bernardi de Villa de Cavals; S + m Geraldi de Montfalca

Guillelmus, scriba de Herda, scripsit signum fecit.

1031.

1160,

mayo 19.

Juicio dado por el conde de Barcelona, Ramón Berenguer, a las diferencias existentes entre el abad Ramón y Ramón Pedro de Bañeres acerca del castillo de Calders.

EDIT.: BOFARULL, *Col. Doc. A. C. A.*, iv, n.^o cxiv.

REGESTA: MAS, *Taula*, ii, 492; *Notes*, v, 242-4 (n.^o DCCCLXXXI). — CARRERAS, *Lo Montjuich*, 344. — PEDEMONTE, *Notes*, 112.

A. C. A., Cart., f. 93, n.^o 326.

Hoc est iudicium quod domnus Ramundus Berengarii, Barchinonensis comes et marchio, et Aragonensium princeps, fecit dari super querimoniis et responsiis inter Raimundum, abbatem s. Cucuphatis, et Raimundum Petri de Banieres, factis in palacio suo Barchinonensi. Primum conquestus est abbas

Raimundus quod * Raimundus * Petri emerat ab Arberto de Lizano medietatem de castro Caldarii, cum suis pertinenciis, abbate s. Cucufatis et monachis contradicentibus, quia videbatur ipsis monachis quod post mortem Arberti, predictus honor evenire deberet in dominium et potestatem s. Cucuphatis, secundum tenorem ipsius scripture, que facta fuit inter Guitardum, abbatem s. Cucuphatis, et Bernardum Gelmiri, olim defunctos. Iterum conquestus est abbas quod ipse Raimundus Petri auferebat ei medietatem de omnibus censibus et usaticis qualicumque modo ad predictum castrum Caldarii pertinentibus, et quod auferebat ei ipsam dominicaturam quam abbas Guitardus retinuerat in predicto castro, et quod miserat castellanos in predicto castro, ad dampnum ipsarum, ipsis contradicentibus. Ad quod respondit Raimundus Petri, quod nullum castellum ibi miserat, nisi quos pater ibi posuerat, neque dominicaturam s. Cucufatis, se sciente, auferebat, et de aliis causis stare ad iusticiam secundum tenorem scripture et intellectum, quam aprobavit esse bonam et veram. Iterum conquestus est abbas quod auferebat ipse Raimundus Petri s. Cucuphati quoddam receptum ad septem inter monachos et milites, quod debebat dare propter honorem qui dicitur Tomabui, et Raimundus Petri approbavit ipsam scripturam et cognovit esse veram, sed quia terra illa usque nunc in solitudine et eremum steterat, predictum receptum non adimpleverat. Et Raimundus Petri conquestus est super abbate et monachis quod auferebant ei castrum s. Vincencii, situm atque constructum infra terminos castri Caldarii, quod castrum ipse Raimundus Petri habet in fevum ad servitium ipsorum, sicut continetur in scriptura ab ipsis ostensa abbatis, videlicet, Guitardi et Bernardi Gelmiri. Et respondit abbas: Antecessores Raimundi Petri nunquam castrum s. Vincencii habuisse vel tenuisse, imo abbates et monachos s. Cucuphatis illud castrum s. Vincencii, ipsis videntibus et scientibus et per longa tempora audientibus et non contradicentibus, stabilivisse atque dedisse, et Raimundus Petri ad hoc nullum dedit responsum Auditis ergo utriusque partis querimoniis et responsis, iudicaverunt iudices a domino comite, ad hoc determinandum electi, Raimunduni Petri iuste tenere illam partem quam ab Arberto de Lizano emerat, sicut et suam, quam iure hereditario possidebat quamdiu viveret, et medietatem de censibus et usaticis predicti castri Caldarii iure tenere ad fevum, ad servicium abbatis et monachorum in vita sua, secundum tenorem et intellectum ipsius scripture iam dicte Guitardi, abbatis, et Bernardi Gelmiri. Post mortem vero Raimundi Petri, predictum castrum Caldarii iure debere reverti in dominium et potestatem s. Cucuphatis et monacharum ipsius loci, cum omni sua melioracione, tam in hedificiis quam in ceteris rebus, quia ipse est finis quarte generacionis, sicut in predicta scriptura continetur, et a iudicibus cognitum fuit. Nullumque alium hominem in predicto honore castri Caldarii per ipsius Raimundi Petri danum, vel alicuius sui antecessoris sui generis, remanere debere, quia quod sibi deffendere non possuit, nec alicui. Interim de dominicatura unde contendunt, ostendat dominus abbas qualis et quanta fuit a tempore Guitardi abbatis usque nunc, vel quantum et ubi antecessores sui abbates tenuerunt seu possederunt, per testes vel scripturas si potuerit, et habeat illud quod probare potuerit. Sin autem Raimundus Petri inquirat a vicinis ipsius loci propter fidelitatem homini et fevi, qualis et quanta fuerit. Et facta inquisicione, ostendat dominis suis, et reddat, cum sacramento sua propria manu facto, si dominus abbas voluerit. De castro vero s. Vincentii, quia

ita se habet res, sicut superius scriptum est, iudicaverunt Raimundum Petri in predicto castro s. Vincencii nullam vocem habere, sed ita manere sicuti est. Et de recepto de Tomabui, iudicaverunt quod Raimundus Petri postquam ipsa terra redacta est in culturam, compleat ipsam convenientiam que continetur in ipsa scriptura que in placito fuit ostensa, et terra illa in perpetuum remaneat sibi et sue proieniei, ad servicium abbatis s. Cucufatis et monachorum eius, cum complemento supradicte conveniencie. Iudices vero qui hec iudicaverunt, fuerunt Guilelmus, episcopus Barchinonensis et Petrus, Cesaraugustanus episcopus, et Guilelmus de Castro Vetulo, et Raimundus de Podia Alto, et Petrus, Sacrista Vici.

Actum est hoc xiiii.^o kal. iun., a.^o xxiii.^o regni regis Ledovici, iunioris.

S + m Guilelmi, Barchinonensis episeopi; + Petrus, Dei gratia Cesaraugustanus episcopus, ss.; S + m Raimundi, comes; S + m Guilelmi de Crasto Vetulo; S + m Ildefonsi, regis Aragonensium et comitis Barchinonensium; S + m Raimundi de Pugalt; Scripta libens ista, Petrus confirmo sacrista; S + m Guilelmi Raimundi Dapiferi; S + m Geraldii de Iorba; S + m Raimundi de Villa Mulorum; S + m Guilelmi de Cervaria; S + m Arnalli de Lerz; S + m Bernardi Marchucii; S + m Petri Marchucii.

BERNARDUS, presbiter et monachus, qui hoc fideliter transtulit, ss.

1032.

1160,

junio 28.

Guillermo Bertrán y su esposa Arsendis definen a favor de Ramón, abad de San Cugat, un feudo que dicho matrimonio obtuvo de Ramón Armengol de Magarova; el feudo se hallaba en las parroquias de San Pedro de Rubí, San Pedro de Octaviano y otros lugares.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 305; *Notes*, vi, 208, (n.^o MCCLVIII).

A. C. A., Cart., f. 41 v, n.^o 135.

Hec est diffinitio: quam faciunt Guillelmus Bertrandi et uxor eius, nomine Arsendis, que vocant Ninna. Diffiniunt enim et evacuant Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis ac domno Raimundo, abbati, omnique suo conventui et omnibus successoribus illorum in perpetuum, omne fevum quem Raimundus Ermengaudi de Magarova tenebat per abbatem s. Cucuphatis, quem fevum nos supradicti conquerebamus supradicto abbati et eius monachis. Tali ratione quia ego, predicta Arsendis, querebam ipsum fevum per vocem patris mei et fratrum meorum. Et ego, Guillelmus Bertrandi, per vocem uxoris mee; tandem laude et consilio Geraldii, prioris s. Cucuphatis, et Poncii, monachi, et Guilelmi, clerici de Rivo Rubeo, ac Raimundi Bertrandi, sive aliorum proborum hominum, diffinimus et evacuamus predicto cenobio et eius habitantium sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem s. Cucuphatis, omne suprascriptum fevum sive in parrochia s. Petri de Rivo Rubeo sive in parrochia s. Petri Octavianensis vel in qualicumque loco sit. Si quis hoc ...

Quod est actum iiii.^o kal. iulii, a.^o xxiii.^o regni regis Ledovici iunioris.

S + m Guilelmi Bertrandi; S + m Arsendis, uxor eius, nos qui hanc diffinitionem [viii]; S + m Raimundi, filius eorum; S + m Gilielme, filia eorum;

Geraldi, monachi, prioris; S + m Raimundi Bertrandi; S + m Belot; S + m Guillelmi de Vallesicca; S + m Dalmatii de Cercitulo; S. + m Boni Mancipii.

BERNARDUS, levita, qui hoc scripsit...

1033.

1160,

agosto 5.

Publicación sacramental del testamento de Enrique.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 244 (n.º DCCCLXXXII).

A. C. A., Cart., f. 187, n.º 593.

Mosén Mas se extraña de la anomalía de las fechas contenidas en el presente documento, pero nos las explicamos perfectamente concediendo que el escritor se olvidó de un palo al escribir la última data.

Ultime voluntatis cuiusdam viri Aianrici nomine quem instante periculo infirmitatis unde mortuus est conscribi non potuit sed verbis eius dum adhuc viveret testibus promulgata patuit et suis manifestatoribus, videlicet: Guillelmo Companni, presbitero et Beren de Porta et Bernardo Mestro et Iohanni de Martorel et Raimundo Ferrarii, sicut subterius scriptum est, res suas distribuendas iniunxit. Notum sit igitur quia nos scilicet Guillelmus Companni, presbiteri et Berengarius de Porta et Bernardus magister pretereuntes eramus quando predictus Aianricus in lecto infirmitatis iacens nos rogavit et nobis audientibus predictis manumissoribus suis iniunxit qualiter post mortem eius sua facultas distributa fuissent hoc ordine. In primis dimisit seniori suo comiti suum runcinum et sol. LX et bacchos v et dimisit filios suos et filias suas in potestate et in gubernacione senioris sui comitis R. Dimisit suum corpus s. Cucuphati ad ipsum cenobium, et sarracenam i et vacham i per v salatas et gadenga i et promaza i et ipsum alodium de Mazcheffa quod erat suum cum omnibus suis directis et cum toto rogavit domnum abbatem et totum suum conventum ut ipsi facerent Poncetum filium suum monachum pro amore Dei et dimisit inter opera s. Marie de Apiera et suos clericos ii morbetin. et dimisit episcopo Barchinone i morbet. et dimisit s. Marie Montisserrati i morbet. et dimisit alio morbet s. Iacobo Gallicie et s. Salvatori Cabraria i morb. et dimisit filie sue Adaledis medietatem de suis ovibus et capris et ipsa sua alodia de Ballobo et ipsas vineas de Bunuzes et dimisit s. Marie de Apiera olivaria i qui est in margine de Plan de Amad, et dimisit Ermeniardi et suos filios ipsa terra de Comtals, cum hoc quod habeo de Turre de iudeo, et ipsam vineam et ipsum campum qui est ad ipsum planum de Amad et dimisit filio suo Petro ipsas casas et ipsum solarium et ipsum campum de Grua et hoc qui fuit de Guillelmum Sanla et habeat ipsum campum cum seniori suo comite. Et dimisit parilium i bovis et mulet i ad Poncetum filium suum et dimisit fratri suo Poncio ipsum suum mansum de Seccafignes, cum omnibus suis tenedonibus et pertinenciis et cunctis laborationibus suis et cum ipsos lignis pomiferis, sicut in ipsa die tenebat et habebat vel habere debebat per cunctas voces et hoc totum habeat Poncius ad suam voluntatem et dimisit illi ipsa medietate de manso de Seccafignes quem tenebat in pignore per ii morabet. et est terminata et tenebat ipsa pignora de fratri suo Messeger et dimisit filio suo Ponceto ip-

sum suum directum de vineis de ipsis longannis. Et dimisit filio suo Guillelmo hoc quod habebat in ipso plano et dimisit Ermeniardi et ad suos filios et filias ipsas ii casas qui sunt ad ipsum Palacium et ipsum sol qui ibi est et inter oves et capras xii et porcos ii Adaledi porcos ii, et dimisit fratribus suis Petro Fulconi et Geraldo totum suum directum de ipso molendino de ipso Angle, et dimisit fratri suo Geraldo ipsum alodium de Olibanes. Et recognovit ipsas parabolas quas habebat locutas cum episcopo Barchinone et Bernardo Marcucii de ipso Bedorc quem dimisit seniori suo comiti et ille qui habuerit Bedorc donet fratri suo Poncio sol. CL denariorum et don[ec] habeat ei persolutos habeat et teneat frater suus Poncius ipsum meum quartonum de ipso molendino de Bedore et debebat in Barchinona et in Apiera sol LX quos precepit solvere de ipsis suis ovibus et capris et porcis et de carne salata et de i tona et de ipso blad qui venerit ad novum fierint solutos istos denarios et illos de domno suo comite et habet domnus suos in Apiera iiii tonnas et sunt ii tonnes plenas de vermei et tonniam i de vino albo et cubum i et cubels ii et barrillos ii et ipse habebat in Cellario de Apiera tonna i de vi vermei qui fuit de suis vineis et ipsas tonnas qui +erant+ ad ipsum Bedorchum erant suas et illum cubum. Et habet senior suus comes blad in Apiera ii cigas et in Alfori et in uno cubet | et in Bedorch et in Caprera. Et dimisit | f. 187 v Ermeniardi et ad filios et ad filias suas ipsas suas tretas de ipsa turre de Iudea et de ipsis Comtal. Et dimisit ad Abeba filie sue ipsam vineam de Posada. Et recognovit illa iniuria que tenebat et facta habebat Arsendi consanguinee sue que per omnia loca ei dimisit. Postquam autem omnia sua sic ordinavit predictus testator suus solummodo verbis xv.º kal. madii, a.º xxiii.º regni regis Leovici iunioris. Aliter voluntatem suam non mutavit nobis scientibus quia ab hoc seculo moriens expiravit die xiii.º kal. madii et eodem anno Unde nos testes quia tantummodo verbis suis iuxta iv ordinis modum... super altare s. Felicis... coram iudice Mirone et Arnaldo presbitero iudicis vicario et manu iudicis et testium easdem condiciones confirmamus.

Actum est hoc sacramentum nonas augusti, a.º xxii.º regni regis Ledovici Uinioris.

Guillellmus Campanni, presbiter; S + m Berengarii de Porta; S + m Bernardi Magistri, nos omnes huius rei testes et iuratores sumus; S + m Bai-rulli Torron; S + m Raimundi; S + m Raimundi, presbiter; S + m Berengarii, levita; S + m Arnaldi, presbiteri; S + m Martini, canonici; S + m Petri de Riosicco; S + m Guillellmus Daunissi; S + m Petri de Tolosa, nos omnes qui hoc sacramento presentes adfuimus.

S + m Arnaldi, presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1034.

1160,

septiembre 8.

El abad Ramón establece a favor de Guillermo de Sala y de sus descendientes la hacienda de Sala, sita junto a la iglesia de San Lorenzo de "Fonte Calciata", más las tierras que se determinan.

REGBSTA: MAS, *Taula*, iii, 486; *Notes*, v, 245 (n.º DCCCLXXXIII).
A. C. A., Cart., f. 77, n.º 303.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus, s. Cucuphatis abbas, cum omni comisso conventu, damus tibi Guillelmo de Sala et proieni ei ac posteritati tue, uni post alium, indivisibiliter, mansum qui vocatur de Sala, qui est iuxta ecclesiam s. Laurentii de Fonte Calciata, cum terminis et affrontacionibus suis, cum omni manedia que est in circuitu ipsius ecclesie, sicut est fexuriata et terminata, et pater tuus habuit et tenuit per s. Cucuphatem, et cum tribus pariliatis que sunt in termine de Fonte Calciata, scilicet, ipsa que vocatur de Nogera, et alia de Meschideles, et alia de prato minori. Et in eodem termino, novem pecias de terra, scilicet, campum de Fossa, et alium de Perera, et alium qui vocatur de Maiola, et aliud de Cabaia, et insulam et isletam que sunt iuxta pariliatam de prato minori, et aliud campum qui vocatur de Uval, quod est ultra torrente de Aleran, et aliud campum qui vocatur de trilia, qui est iuxta pariliatam de Meschideles, et alium campum qui vocatur de Raimundo Sabbati, qui similiter est iuxta pariliatam, et fexes dues de terra que sunt ante domos Raimundi Bonifilii. Tali modo damus tibi supradicto Guillelmo, et tuis post te, ut dones tu et tui post te, nobis et successoribus nostris, de domibus in quibus manes annuatim parilium unum gallinarum in Natali Domini, et habeas tu iam dictas gallinas in diebus vite tue per fevum, post mortem tuam donent tui nobis et successoribus nostris, sicut superius dictum est, et de supra manedia dicta annuatim, ad festivitatem Natalis Domini, moabetinum i, et de supradictis tribus pariliatis, quintum, et de omnibus aliis supradictis peciis terre de pane, tascam et de vino, quintum. Et pro omni supradicto dona tu et illi qui habuerint post te, sitis stantes in eodem manso et solidi s. Cucuphatis et martirum nostrorumque successorum, et ibi nullum ... In dono vero quod nos fecimus Guillelmo, avunculo tuo, in diebus suis, nichil requiras, propter donum quod nos facimus tibi, sed post mortem suam illud quod tenet per nos, vel per te, in supradicto dono habeas tu et tui post te, cum supradicta conveniencia. Si quis hoc ...

Quod est actum vi.º idus, set., a.º xxiiii.º regni regis Ledoyci iunioris.

S + m Berengarii, sacerdotis; S + m Guillelmi de Fonte Calciata; S + m Berengarii de Garriga; S + m Petri de Garriga; S + m Beloti; S + m Bernardi, frater predicti Guillelmi.

ARNALDUS, monachus et sacer . . .

Juicio formulado por Borrell, juez de Gerona, en la causa que vertia entre el abad Ramón y Arnaldo de Benages y Berenguer de Ollers sobre el castillo de San Vicente.

REGESTA: MAS, *Taula*, m, 497; *Notes*, v, 245-6 (n.º DCCCLXXXIV).

A. C. A., *Cart.*, f. 104, n.º 350.

Hoc est iudicium quod dedit Borellus, Gerundensis iudex, inter domum s. Cucuphatis, et Raimundum, abbatem, et monachos eiusdem loci, et prepositum Poncium ipsius domus, qui tunc presens erat, et Arnallum de Benages, et Berengarium de Ollers., de altercacione que erat inter eos de castro s. Vincencii. Dicebant milites debere tenere castrum s. Vincencii ad servitium abbatis et monachorum, hastendentes quandam scripturam quam Berengarius, abbas s. Cucuphatis, illis et successoribus suis firmaverat, factam a Raimundo Mager, Petro Bernardi olim iam defuncto; monachi vero dicebant ipsos milites nichil iuris habere in predicto castro, hostendentes aliam scripturam factam ab Andrea, abbate s. Cucuphatis ipsi Raimundo Mager predicto et olim defuncto. Quibus scripturis acceptis, lectis, et intellectis, a Borrello iudice, iudicavit ipsam scripturam quam monachi ostenderent debuisse habere vigorem contra illam quam milites ostenderunt in his quem scriptura militum: erant contra scripturam s. Cucuphatis. Propter hoc quia scriptura illa confirmata ab Andrea, abbate, erat corroborata signis et confirmacionibus quamplurium monachorum eiusdem conventus, aliam vero scripturam militum iudicavit invalidam, in his que erant contraria priori scripture s. Cucuphatis, quia solus abbas ibi confirmatus fuerat auctoritate canonum qui dicunt sententiam prelatorum, non debere valere sine conveniencia subiectorum suorum. Hoc iudicium fuit datum in ecclesia s. Genesii de Martorell.

Actum est hoc nonas oct, a.º xxiii.º regni Ledovici, regis iunioris.

Bisullunensis probat hoc levita Guillelmus; S + m Arnalli de Olivis; S + m Berengarii Bissilduni*; S + m Petrus Borelli, sacrista et iudex.

S + m Bernardus, levita, qui hoc . . .

Juicio celebrado entre el abad Ranwn y Bernardo Pico y Bernardo de Puig sobre unos alodios sitos en Masquefa.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 246-7 (n.º DCCCXXXV).

A. C. A., *Cart.*, f. 170, n.º 546.

Orta fuit contencio inter Raimundum abbatem s. Cucuphatis et monachos eiusdem loci, et Iohannem Piconem et matrem suam et Bernardum de Podio et uxorem suam, de quibusdam alodiis que sunt in terminio castri Maccefe s. Cucuphatis. Dicebant quoque monachi omnia alodia que erant infra terminos predicti castri debere esse iuris s. Cucuphatis propter illam scripturam vendicionis qua Miro, comes Barchinonense, fecerat Bonefilio de Gelida, pre-

ter illa que tunc temporis idem vendicionis habebant quidam homines qui vocabantur Ramius et Manibertus et Viader. Supradicti vero laici dicebant illa alodia, que manachi ab illis requirebant, fuisse istorum trium virorum predictorum, et se ipsos ex proieniei eorum fuisse et iterum predicta alodia longa possessione tenuisse, sed monachi dicebant se nescire ista alodia de quibus contendunt fuisse illorum trium virarum predictorum, nec illos fuisse ex proieniei illorum, nec eciam scire ipsos legitimam possessionem secundum legem et mores Barchinonense "curie habuisse. Quibus auditis et longa altercacione placitatis, et eciam plurimis scripturis perlectis ex utraque parte hostensis. Iudicavit Borrellus iudex ipsos supradictos laicos debere ostendere legitimis et idoneis scripturis vel testibus se ipsos esse ex proienie eorum, et predicta alodia fuisse illorum supradictorum trium virorum, et si facere potuerint habeant ea preter illa alodia que ipsi vel successores eorum dederant vel dimiserant s. Cucufati. Adiciens iterum quod talem possessionem possent ostendere predicti laici, per quam predicta alodia similiter retinere possent. Si vero in utroque defecerint, predicta alodia debere esse iuris s. Cucuphatis per ipsam scripturam Mironis, comitis, qua in presenti placito fuit ostensa et est. Iterum conquesti sunt predicti laici super ipsis monachis quia coegerant eos de firmacione directi per predicta alodia et mohachi dicebant hoc esse sui iuris propter hoc quia hoc habet domnus comes et suis castris, et eciam comitores in vicina castra. Iudicavit super hoc quod si monachi probare potuerint, hac esse consuetudinem in isto castro Maccefe, vel in vicinis castris, stet ipsa firmacio. Si vero improbacione defecerint iurent laici in predicta alodia [dicti] castri numqua habuisse firmacionem illis scientibus, et facto sacramento solvat firmacio ipsorum x solidorum, de pignore vero xxx solidorum Raimundum de Rubione iudicavit quod habeant guarent qui eos iure defendat, sin autem recuperent ipsos numos, et solvator pignus s. Cucufati et monachis eius, salvo iure illorum. Hoc iudicium fuit datum in ecclesia s. Genesii de Martorel.

Actum est hoc iii.º nonas oct., a.º xxviii.º regni Ledovici, regis iunioris.

Bisullunensis; probat hoc levita Guielmus; S + m Arnalli de Olivis; Ss. Petrus Borrelli, sacrista et iudex; S + m Berengarii Bisunduni, ss.

Bernardus, levita, qui hoc.. .

1037.

1161, febrero 13.

Lorela, con el consentiniieitto de sus hijos, define por dosientos sesenta sueldos de dineros al Monasterio todo el honor que posee en Masquefa.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 248 (n.º DCCCLXXXVI).

A. C. A., Cart, f. 181, n.º 581.

Omnibus scire volentibus cognitum sit quod ego Loreta., una cum asensu et voluntate filiorum meorum scilicet: Berengarii Ferre et Petri Ferre et Raimundi Ferre et Guillelmi Ferre et Ancglesa diffinio atque dono per cc sexaginta solidos denariorum bone monete Barchinonee domino Deo et s. Cucuphati, et domno Raimundo abbati et omnibus monachis sibi submissis et omnibus sitcessoribus illorum omnem honorem quem ego habeo et teneo sive pos-

sideo infra terminos atque decimale katri Mazefe. Affrontat autem supradictus honor: a parte orientis in termino katri Gelide, a parte meridie in collo de Portello, ab occiduo in termino de Apiera, a parte vero circii in collo de Gargantela. Totum illud quod ego habeo sive possideo atque expleto infra supradictas terminos, difinio sive vendo per suprascriptum precium domno Raimundi abbati et omnibus successoribus suis, ut faciant inde quiquid voluerint. Qui honor mihi advenit Lorete iam dicte per vocem matris mee sive meorum parentum, et de mea potestate sive meo iure in potestate sive in ius domni Raimundi abbatis trado sive mito quiquid infra suprascriptos terminos abeo ut faciat omnem suam voluntatem. Est vero honor medietas tocius mansi de Dadiles et medietas omnis honoris quem ego et Guillelmus de za Guardia habemus inter Matoses et terminum de Gelida, et inter Matoses et villam de Mazchepha. Si quis hoc ...

Actum vero est hoc idus febr., a.º xxiiii.º regnante rege Ledovico iuniore.

S + m Lorete, egoque hoc laudo [vii] ; S + m Berengani Ferre; S + m Petri Ferre; S + m Raimundi Ferre; S + m Guillelmi Ferre; S + m Anglese, omnes isti sunt fratres et filii iam dicte Lorete; S+m Berengarii de za Guardia; S+m Guillelmi; S.+m Bernardi; S + m Arnaldi; S.+m Bernardi Fulchoni; S + m Petri Bernardi; S + m Raimundi de Apiera; S + m Petri de Annoia.

Iohannes, sacer, qui hoc .. .

1038.

1161, abril 30.

Oler entrega al Monasterio el diezmo de los molinos que tiene en Rafeguera, quedando obligado tanto el como sus sucesores.

REGESTA: MAS, *Taula*, ni, 557; *Notes*, v, 248-9 (n.º DCCCLXXXVII).

A. C. A., Cart., f. 120 v, n.º 400.

Pateat cunctis presentibus atque futuris quod ego Oler, propter remedium anime mee et parentum meorum atque uxoris mee, nomine Guillelme iam olini morte oppressa, offero atque dono Domino Deo et s. Cucuphati martiri in manu domini Raimundi, abbatis monasterii predicti s. Cucuphatis, martiris, decimam molendinorum, qui sunt in termino de Rafegera, quos molendinos habeo et teneo per s. Cucufatem, et nunqua ex illis decimam dedi, et ammodo ego et mei post me qui venerint, monasterio s. Cucufatis dabimus; et domnus Raimundus, abbas, cum conventu sibi submisso, in omnibus benefactis, bonam partem atque societatem michi donant, et insuper conveniunt michi, ut in presenti hoc anno, unum diem uniuscuiusque ebdomade in loco s. Marie s. Olive, missam defunctorum canere faciant pro animabus meorum parentorum, sive mee uxoris iam defuncte. Iam dictus vero Raimundus venerabilis abbas in sua venerabilitate mihi convenit, ut suo conventui missarum trigenerium pro anima iam dicte Guillelme dicere faciat.

Quod est actum m.º kal. may, a.º xxiiu.º regnante Ledovico, rege iuniore.

S + m Oler, qui hoc donum [vnj] ; S + m Vidnani; S.+m Berengarii, filiorum eius; S + m Petri Berengarii; S + m Petri, clerici; S + m Petri Loret.

ARNALLUS, monachus et sacer, qui...

1039.

1161, julio 23.

Ponc-io de "Fonte Taiata" y su esposa ofrecen a San Cugat su hijo como monje y le dan como dote el honor de "Lacuna alba".

REGESTA: MAS, *Taula*, m, 597; *Notes*, v, 249 (n.º DCCCLXXXVIII).
A. C. A., Cart., f. 129 v, n.º 426.

Cunctis pateat hominibus qualiter Poncius de Fonte Taiata una cum uxore sua nornine Raimunda in manu domni Raimundi abbatis s. Cucufatis offerimus Domino Deo et eiusdem loci filium nostrum ad monachinalem abitum cum ipsa honore qui vocatur Lacuna Alba, quod nos damus per suam hereditatem. Qui se affrontat: a parte orientis in terminum de castro Olivela, a meridie in alaude de Ripis vel in villa episcopale, de occiduo in castrum quod dicunt s. Stephanum, a parte circii in locum quem dicunt Trescornum, vel in Margriniano. Sicut isti termini ambiunt et cirviunt, de nostro iure tradimus in potestate s. Cucuphatis et suis habitantibus omne per evum, sicut unquam nostros ienitores melius abuerunt vel nos.

Actum est hoc x.º kal. aug., a.º xxiiu.º regnante Ledovico, rege iunioris.

S + m Poncius de Fonte Taiata; S + m Raimunda, nos qui hanc donacionem [iv] ; S + m Geraldí; S. + m Poncii; S + m Bernardi; S + m Berengarii, filii eorum; S + m Petri Berengarii; S + m Petri de Moia; S + m Rodlandi de Muntergui.

Guillelmus, presbiter, qui. . .

1040.

1161, agosto 7.

Ramón de Vallvidrera y su esposa entregan al abad Ramón las propiedades qüi: su difufito hermano Berenguer tenia en "Fonte Calciata" legadas al Monasteno en su testamento, y ademds la mitad de la hacienda que poseian en "Cases Bezes".

REGESTA: MAS, *Tauta*, iu, 296; *Notes*, v, 249 (n.º DCCCLXXXIX).
A. C. A., Cart., f. 29, n.º 84.

Oiiiiibus hominibus sit manifestum quod ego Rainumdus de Valle Vitraria, simul cum coniuge mea, nomine Dulcia, deffinimus, reddimus et evacuamus Domino Deo et s. Cucuphati, tibi que Raimundo, abbati, omnique tibi comisso conventui, illum honorem quod Berengarius de Valle Vitraria, frater meus, in suo testamento dimisit s. Cucuphati, sic nos supradicti diffinimus et evacuamus sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem vel salvamentum domus s. Cucuphatis, eiusque servientibus in perpetuum, sine vinculo ullius hominis vel femine. Est autem predictus honor in comitatu Barchinone, et in parrochia s. Vicentii de Serriano, sive in parrochia s. Petri Octavianensis., in loco qui dicitur Fonte Calciata. Item nos, prenominati, damus Domino Deo et 'oeato Cucuphati eiusque servientibus medietatem ipsius mansi nostri quod habemus et tenemus per nostrum alaudium in parrochia s. Petri de Rivo Rubeo, in loco vocitato Cases Bezes. Advenit mihi Raimundo per vocem matris mee et parentum meorum, et ad me, Dulcia, per virum meum. Terminatur omnis

mansus: ab oriente in torrent, a meridie in honore Guillelmi Eschiva, ab occidente in manso de Cases Bezes, a circii in honore Petri de Castro Galindi. Quantum istas affrontaciones includunt et termini armbiunt, sic damus Domino Deo et beato Cucuphati omnem medietatem predicti mansi, quantum ibi habemus vel habere debemus Omnia vero prescripta diffinimus, reddimus et evacuamus et damus Domino Deo et s. Cucuphati et eius servientibus, sine ullo nostro... retentu... et recipiatis corpora nostra honorifice ad obitum nostrum. Si quis hoc...

Actum est hoc vu.º idus aug., a.º xxv.º regni regis Ledovici iunioris.

S + m Raimundi de Valle Vitraria; S + m Dulcia, eius uxor, nos qui hanc [111] ; S + m Petride Betulona; S + m Beloti; S + m Petri de Vulpeieres; S. + m Raimundi de Valle Sicca; S. + m Berengarii de Vulpeieres; S + m Saurine, filie suprascripti Raimundi de Yalle Vitraria; S + m Petri, sacerdotis; S. + m Soleften, matris Raimundi predicti.

BERNARDUS, levita, qui hoc . . .

1041.

1161, diciembre 13.

Convenio entre el abad del Monasterio, de una parte, y Ramón de Laceres, de otra, acerca del honor de Laceres.

REGESTA: MAS, *Taula*, m, 291; *Notes*, v, 250-51 (n.º DCCCXC).

A. C. A., *Cart.*, f. 21, n.º 55.

Hec est convenientia que est facta inter abbatem s. Cucuphatis et Raimuncium de Laceres, de illo honore de Laceres. Id circo. Ego. Raimundus, Dei nutu cenobii s. Cucuphatis abbas, una conventu mihi comisso damus tibi Raimundo de Laceres et omni progeniei ac posteritati tue illud honorem quem pater tuus tenebat et habebat per fevum s. Cucuphatis, scilicet ipsum mansum de Vineals et vineam de Plano, in tali conventu, ut tu et progenies tua, teneatis et habeatis predictum fevum de Laceres ad servicium et ad fidelitatem nostram et s. Cucuphatis. Iterum damus tibi et omni progeniei et posteritati tue omne illud decimum et tascham quain accipiebamus modo in predicto honore de Laceres per nostrum directum, et tu et progenies tua habeatis et teneatis omni lempore per fevum s. Cucuphatis ad nostrum servicium, nostrorumque successorum, et ad fidelitatem s. Cucuphatis. Post obitum vero tuum, si infantes legitimos non habueris, revertatur iam dictum decimum et tascha sine dubio s. Cucuphati. Fevum vero supradictum quem pater tuus tenuit et habuit, teneat et habeat ille qui tenuerit supra dictam domum de Laceres ad servicium et ad fidelitatem s. Cucuphatis. I Et ego Raimundus de Laceres, diffinio' domino Deo et beato Cucuphati, et tibi Raimundo, abbati, et omnibus successoribus tuis, illud malum quod mihi fecit coraes in domum de Laceres. Si quis hoc . . .

Quod est actum idus decemb., a.º xxv.º regnante Lodovico. rege iuniore.

S + m Reimundi de Laceres, qui hoc [vn]; S + m Gaufredi de Sancta Columba; S + m Bertrandi de Canals; S. + m Petri de Laceres; S + m Belot; S + m Dalmatii de Cercitulo; S + m Bernardi Iozfredi.

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc . . .

1042.

1161, diciembre 16.

Juramento que presta Ramón de Laceres de que no hara danos ni perjuicios al Monasterio.

Iuro ego Raimundus de Laceres tibi, dompno Raimundo, abbati s. Cucuphatis, quod ab ista hora in antea aliquod malum non exeat de domo vel fortitudine de Laceres s. Cucuphati et honori suo, nec suis honoribus. Si forteque contigerit, redirigam illud infra xxx dies, quibus per te vel per tuos monachos, aut alios s. Cucuphatis nuncios ammonitus fuero, sicut tu in curia tua mihi iudicare feceris per directum. Et ego Raimundus de Laceres predictus, convenio tenere et attendere, sicut hic scriptum est, sine engan per Deum et hec Sancta.

Quod est actum xvñ.º kal. ian., a.º xxv.º regnante Lodovico, rege [iuniore].

S + m Reimundi de Laceres, qui hoc laudo [vn]; S + m Goufredi de Sancta Columba; S + m Bertrandi de Canals; S + m JPetri de Laceres.

S + rn Petri, sacerdotis, qui hoc... cum versiculo illo suptus scriptus...

1043.

1162, abril i.

Guillermo de Gallifa da al Monasterio la casa de Gallifa.

REGESTA: BALARI, *Origenes*, 68, 173, 321. — MAS, *Notes*, v, 251 (n.º DCCCXCI).
A. C. A., Cart., f. 236, n.º 741.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Galifa dono Domino Deo et beato Cucuphati in manu domni Raimundi, abbatis, domum meam quam vocant Galifam cum omnibus suis pertinenciis et affrontacionibus et tenedonibus sive adguacenciis simul cum omnibus alaudis que abeo et teneo vel habere debeo a tlumine Lubricati usque ad fossam de Astro et in artigas de Olorda et in Podio acuto et ab ipsa serra s. lusti de Verz usque in cacumine montis de Olorda. Omnia vero prescripta, sicut melius dici vel intelligi, potest, dono Domino Deo et prefato monasterio, sicut superius terminatur, in tali conventu, ut post obitum meum super altare s. Marie, quod est in ecclesia s. Cucufatis, cotidie pro anima mea et parentum meorum missa celebretur inperpetuum; et ego in diebus vite mee donem per tenedonem annuatim s. Cucufati pro domo iam dicta de Galifa et omnibus suprascriptis alaudis par unum caponum. Si autem contigerit me habere filios legitimos, faciam ex his predictis meam voluntatem, et quicumque homo vel femina de supradicto meo honore aliquid in pignore tenet per me vel per meos, domus s. Cucuphatis persolvat debitum et habeat honorem prescriptum. Si quis hoc ...

Quod est actum kal. apr., a.º xxv.º regnante Lodovico rege iuniore.

S + m Guillelmi de Galifa, qui hoc [vn]; S + m Dalmacii de Cercitulo; S + m Bernardi de Cercitulo; S + m Belot; Ss. Arnalli, subdiachoni; Ss. Guillelmus

Daunisii; S + m Berengarii de Subirads; S+m Petri Estirati; S + m Berengarii Donucii.

S+m Petri, sacerdotis, qui. . .

1044.

1162, agosto 8.

El abad de San Cugat entrega a Arberto de Apierola la casa de Gallifa. (Veas^ el numero anterior.)

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 252-3 (n.º DCCCXCIII). — PEDEMONTE, *Notas.*, 114.

A. C. A., *Cart.*, f. 237, n.º 743.

Tam presentibus quam futuris sit manifestum quod ego Raimundus, s. Cucuphatis abbas, cum omni conventu michi comisso, donamus tibi Arberto de Apierola, solummodo in vita tua, illani domum de Galifa, cum omnibus alaudis predictae domui pertinentibus, sive omnibus usaticis illi domui pertinentibus, sicut melius Guillelmus de Galifa et pater eius habuerunt et tenuerunt atque s. Cucuphati in suis testamentis dimiserunt, exceptus ipsam pariliatam, que est subtus stratam, quam retinemus in nostro dominio. Tali conventu tibi Arberto de Apierola damus iam dictam domum de Galifa cum omnibus sibi pertinentibus, exceptus predictam pariliatam, ut habeas et teneas tantummodo in diebus tuis, ad servicium et fidelitatem s. Cucuphatis et eius habitancium et manibus propriis abbatis s. Cucuphatis fis homo et albergam septem sociis abbati s. Cucuphatis annuatim inde dones et quantascumque vices abbas s. Cucuphatis per se vel per suum nuncium potestatem de domo de Galifa tibi Arberto quesierit eonfestim abbati s. Cucuphatis iratum vel paccatum, sine ullo malo ingenio, dones. Honori vero s. Cucuphatis neque suis hominibus de domo de Galifa illum malum exeat et honorem atque servicia domus Gallife non dimittas minuere vel peiorare, et post tuum obitum totum donum prescriptum, scilicet domus de Gallifa cum omni melioramento atque omnibus ipsi domui pertinentibus, et etiam omnibus plantis que a te vel ab aliquo ibi fuerint facte, totum integriter, sine obstaculo ullius hominis vel femine, sicut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem s. Cucuphatis monasterii et eius habitancium revertatur s. Cucuphati et eius habitantibus. Et prapter hoc donum iam dictum quod michi Arberto de Apierola facitis, sicut superius insertum est, dono domui s. Cucuphatis et eius habitantibus atque omnibus illorum successoribus quartam partem tocius domini s. Petri de Duzisine, tam de arboribus, quam de omnibus rebus, ad omnem faciendam voluntatem illorum, si filii legitimi coniugii habuerint. Si autem non habuero filium legitimum, totum illum dominium s. Petri de Duzisine dono dommi s. Cucuphatis et eius servientibus post meum obitum, sicut melius dici vel intelligi potest, et ut faciant inde quicquid voluerint. Et dono domui s. Cucuphatis per tenedonem de dominio s. Petri de Duzisine medium quarter olei annuatim in festivitate Natalis Domini. Affrontat autem iam dirtum dominium s. Petri de Duzisine: a parte orientis in pug de Aguilar, a meridie vero in alaudio s. Cucuphatis et comitis, ab occiduo in alveo Lubricati, a parte vero circii in alaudio de Cidro, quod est Ospitalis Iherusalem, quod Olivarius emit de (Mirone Guitardi. Totum hoc quod induitur

inter has iiii.^{or} affrontaciones vel etiam quicquid inibi nominari potest, dono atque trado in potestate monachorum s. Cucuphatis, servata conveniencia filii legitimi iam superius scripta. Iterum dono corpus meum ad diem mei obitus in manu domni Raimundi, abbatis domui s. Cucuphatis, et si in vita mea mutavero me in habitum religionis, non habeant licenciam dandi nisi monasterio predicti s. Cucuphatis. In iam dicta domo de Gallifa et supradicto honore nulJum alium [g]; post obitum tuum supradicta domus cum omnibus melioramentis a te vel a tuis inibi factis revertatur in iure et dominio predicti monasterii s. Cucuphatis et eius **habitancium**, sine obstaculo ullius hominis vel femine. Sunt autem hec omnia **suprascripta** in Barchinonensi comitatu, in parroechia s. Crucis de Olorda. Si quis hoc...

Actum est hoc ini.^o idus aug., a.^o xxvi.^o regni regis Ledovici iunioris.

S + m Arberti de Apierola, qui hec laudo [vn] ; S + m Rafardi; S + m : S + m Raimundi de Casteleto; S + m Berengarii de Barch.; S + m Carbonelli Gaucerandi; S + m Guillelmi s. Iohannis; S + m Arnallis, fratris eius; S + m Petri s. Iohannis; S + m Arnalli de Palacio; S + m Moragues; S + m Bernardi s. Iusti; S + m Guillelmi Raimundi, senescale; S + m Guillelmi de Castrovetulo; S + m Bernardi de Fonoiar; S + m Poncii de Fonoiar; S + m Berengarii de Pax; S + m Poncii, sacerdotis; S + m Bernardi, sacerdotis.

Bernardus, monachus et levita, qui hoc . .

1045.

1162, agosto 24.

Pedro Oliver y su esposa definen a favor del Monasterio el derecho a hacer pasar agua del Ripollet por el lugar "Glera" de cierto alodio, con el fin de que el cenobio pueda atender a sus molinos, recibiendo por ello la masia de Albareda.

REGESTA: MAS, *Taula*, m, 405 ; *Notes*, v, 353-4 (n.^o DCCCXCIV).

A. C. A., *Cart.*, f. 62, n.^o 237.

Cunctis sit manifestum quod ego Petrus Olivarii et uxor mea, Dulcia, donamus atque diffinimus Domino Deo et s. Cucuphati ac domno Raimundo, abbati, atque omnibus suis successoribus captionem aque atque transitum per omnem nostrum alaudium sive fevum ad opus omnium molendinorum s. Cucuphatis de Rivopolleto, tali modo ut monachi s. Cucuphalis semper accipiant ipsam aquam de Rivopolleto atque transeant ab illo loco qui vocatur Glera usque ad molendinos s. Cucufatis de Rivopolleto per qualemcumque locum melius potuerunt, ad utilitatem omnium molendinorum s. Cucuphatis, sine minori dampno nobis facere potueritis. Pro hac autem donacione atque diffinicionem predictus Raimundus, abbas, dedit nobis mansum de Albareda, sicut resonat in nostra precaria. Si quis hoc...

Quod est actum vnii.^o kal. sept., a.^o xxvi.^o regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m Petri Olivarii; S + m Dulcie, uxoris eius, qui hoc [i] ; S + m Bernardi Olivarii; S + m Iozefredi Sancte Columbe; S + m Berengarii de Caneto; S + m Berengarii Bota.

1046.

n62, octubre 9.

Atsendis define a B^rnardo, presbitero, el inolario de Puignauler.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 552. — MAS, *Notes*, 254 (n.º DCCCXCV).
A. C. A., *Cart.*, f. 240, n.º 750.

Sit notum cunctis quod ego Arsendis, femina, diffinio Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et tibi Bernardo, presbitero, meum violarium quod habeo vel habere debeo, scilicet unam peciam de terra, quam teneo in territorio Barch., in parrochia s. Iohannis de Pinu, super Pui Naucler. Et affrontat: de meridie in alodio Eimirici, de meridie in via publica, de occiduo in alodio Bruneti, presbiteri, de circio in alodio Petri de Puig Naucler et suorum consanguineorum. Quantum iam dicte affrontaciones includunt, ego Arsendis diffinio Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et tibi Bernardo, presbitero, ac ut melius dici vel intelligi potest, ad salvamentum s. Cucuphatis et de te Bernardo, presbitero, de meo iure in ius et dominium omnipotentis Dei et eiusdem cenobii trado, sine ulla voce, quam ibi modo vel inantea non retineo. Accipio *de te* Bernard, presbiter, pro hac diffinicionem x solidos et medium bone monete Barch.; et est manifestum. Si quis hoc . .

Actum est hoc vii.º idus oct., a.º Incarnacionis Christi MCLXII.º, a.º xxvi.º regnante Lodovico, rege iuniori.

S + m Arsendis, femine, que hoc [ix]; S + m Arnalli de Palacio; S + m Iohannis Carbonelli; S + m Iohannis Castain.

Oto, sacerdos, scripsit...

1047.

1162, noviembre 23.

Bernardo de Castellnou y su esposa venden a Alberto de Castellet una vifia que poseen, sita en la parroquia de Castellet, en el lugar llamado "VUla Alta", por sesenta y cinco maravedises.

REGESTA: MAS, *Taula*, m, 555; *Notes*, v, 254-5 (n-º DCCCXCVI).
A. C. A., *Cart.*, f. 116, n.º 387.

Notum sit cunctis tam presentibus quam futuris qualiter ego Bernardus Kastri Novi et coniux mea, nomine Sancia, venditores sumus tibi Arberto Kastri leto ipsam nostram vineam quod nos habemus per conmutacionem fratrem meum, scilicet, Arnaldi Petri et uxoris illius, nomine Ermessendis, in comitatu Barchinone, et in termino Kastrileti, eiusdemque parrochia, in loco vocitatu Villa Alta, per LXV morabetinos. Terminatur autem prescripta vinea: a parte orientis in ipsas vineas de Burges, a meridie in ipsas de Bertrando Kastri leto, ab occiduo, in ipsa calciata, a parte vero circii similiter. Quantum iste *iii.º* affrontaciones includunt, vel isti termini ambiunt, tantum vendimus tibi iam dicto et tuis, et de nostro iure in vestro tradimus dominium et potestatem, ad faciendum totas vestras voluntates, vendendi, aut inpignorandi, sive alienandi quocumque ex eo facere volueritis, et ut vos nec vestri non faciatis ex ipsa alium scensum, nisi decimam et primiciam, omni tempore. Quisquis hoc violare ..

Actum est hoc vim.º kal. dec., a.º xxvi.º regnante regis Ledovici iunioris. S + m Bernardi Kastri Novi; S + m Sancia, coniux illius, nos qui hanc kartam [1]; S + m Guillelmi Papiolis; S + m Bertrandi Kastrileti; S + m Raimundi de Turre.

S + m Sancius, presbiter, qui hoc . .

1048.

1163, julio ii.

Arberto de Apierola define a! Monasterio la casa de Gallifa.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 255 (n.º DCCCXCVII).

A. C. A., Cart., f. 236 w, n.º 742.

Omnibus hominibus sit manifestum quod ego Arbertus de Apierola, diffinio atque evacuo Domino Deo et s. Cucuphati atque domno Raimundo, s. Cucuphatis abbati omnibusque monachis sibi submissis atque illorum omnibus successoribus, illam domum de Galifa, cum omnibus alaudiis sive pertinenciis atque usaticis que predictae domui pertinent vel pertinere debent. Plantas etiam quas pater meus fecit in alaudiis predictae domus de Galipha et omne avere, quod in acquisitione illius domus in quibuscumque modis pater meus misit similiter diffinio et evacuo in manu predicti Raimundi, abbatis. Omnem vero prescriptam diffinicionem sive evacuacionem, bona voluntate, facio, sicut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem monasterii s. Cucuphatis et eius habitancium, ita [ut] neque ego neque aliquis per me neque per vocem patris mei a modo aliquid require possit in predicta domo neque in alaudiis neque in illis usaticis que iam dicte domui pertinent. Si quis *hoc*...

Facta hac difinicionem sive evacuacionem v.º idus iulii, a.º xxvi.º regni regis Ledovici iunioris.

S + m Arberti de Apierola, qui hoc laudo [1]; S + m Rafardi; S + m ; S + m Raimundi de Castelletto; S + m Berengarii de Barchinona; S + m CarbonellT Gaucerandi; S + m GuUelmi s. Iohannis; S + m Arnalli, fratris eius; S + m Bernardi, sacerdotis.

Arnallus, monachus et sacer ...

1049.

1163-4.

El abad Ramón concede a Ramón Dapifer y a su hijo Guillermo de Moncada la feria de Moncada, eximiendo al Monasterio de toda gabela en sus compras; prometen por su parte Ramón Dapifer y su hijo conservarse fieles y ser defensores del cenobio en todo momento.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 290, 651. — MAS, *Taula*, m, 325; *Notes*, v, 255-6 (n6-micro DCCCXCVIII). — PERAY, *San Cugat, izi*.

A. C. A., Cart, f. 47, n.º 157.

Noticie cunctorum pateat qualiter ego Raimundus, Dei dignatione s. Cucuphatis abbas, una cum conventu monachorum eiusdem mihi comisso damus tibi Guillelmo Raimundi Dapifero, et filio tuo Guilldfmo de Monte Catano

oirnique progeniei vestre et posteritati, illam firam que solebatur teneri in termine s. Cucuphatis, quam transmuetis et habeatis omni tempore vos et successores vestri per s. Cucuphatem et per nos in termine Montis Catani, ad ipsam Guardiolum satis prope de ipso prato qui vocatur Matabous, cum introitibus et exitibus suis integriter. Ea videlicet ratione et convenientia, ut omnia que domui nostre s. Cucuphatis et nobis in ipsa fira necessaria fuerint emere, sine ledda et consuetudine et ullo usatico, quod non donemus, et insuper retinemus ibi decimam partem integriter de omnibus eximentis que de ipsa fira aliquomodo exierunt, preter de placitis que vos integriter habeatis, et quod baiulus noster non possit ibi aliquid accipere sine baiulis vestris, neque baiuli vestri sine baiulo nostro, et insimul levent et accipiant omni tempore omnia eximenta que de predicta fira exierint. Ego quoque supradictus Guillelmus Raimundi Dapifer et filius meus Guillelmus de Monte Catano, propter hoc donum quod tu Raimundus abbas et monachi s. Cucuphatis superius nobis facitis, et propter alios fevos quos de domo s. Cucuphatis habemus et tenemus, convenimus nos et successoris nostri vobis et successoribus vestris esse fideles homines et esse defensores et adiutores de omni honore et rebus que domus s. Cucuphatis habet, et inantea, Deo auxiliante, habuerit, per bonam et rectam fidem, sine engan, omni tempore. Si quis hoc...

Actum est hoc xxvii.⁰ regni Ledoici iunioris.

S + m Guillelmi Raimundi Dapiferi; S + m Guillelmi de 'Montecatano; S + m Raimundi de Monte Cada, qui hoc [11]; S + m Marie de Bearno, uxoris Guillelmi de Monte Catano; S + m Petri de Sancto Minato; S + m Guillelmi de Sancto Martino; S + m Geraldii de Rio¹ Sicco; S + m Bernardi de Menleu; S + m Arnaldi de Tornamira; S + m Arberti de Castro Vetulo; S + m Arnalli de Palaciolo; S + ra Mironis de Luzano; S + m Petri Ponci de Rexac; S + m Bernardi de Castlarii.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc ...

1050.

1163, septiembre 13.

Juicio sobre las cuestiones existentes entre Berenguer de Olers y el Monasterio acerca del castillo de S&n Vicente.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 380. — MAS, *Taula*, m, 497-8; *Notes*, v, 256-7 (numero occxcix).

A..C.A., Cart, f. 103, n.º 351.

Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris. Quod Berengarius de Oleris habuit placita atque multas contenciones cum Raimundo s. Cucuphatis abbate, et suis monachis, de quodam kastro, quod vocatus kastrum s. Vincencii. Quod kastrum dicebat prephatus Berengarius quod debebat habere per vocem uxoris sue, scilicet Arnaldete, quod iam dictus abbas et sui monachi illi hoc denegabant. Unde venerunt mandamento Raimundi, comitis Barchinensis, ad iudicium Borrelli, iudicis Iherundensis, aliorumque proborum hominum, et ipsi per directum iudicaverunt secundum scripturas et rationes quas ab utraque parte hostenderunt, quod predictus Berengarius et uxor eius atque

progenies illorum in sepedicto kastro et terminis eius, et in omnibus fevis ipsius katri nichil iuris habebant. Quo audito Berengarius pro duro habuit. Tamen per directum, nullatenus tenuere potuit. Tandem laudacione proborum hominum prephatus abbas s. Cucufatis et monachi sui et Berengarius de Olieriis miserunt pignora in manu Guillelmi Kastrivetuli, et Guillelmi Papiolis, atque Bertrandi de Villa Albi, ut utrique facerent quicquid illi dicerent. Ipsi vero dixerunt atque laudaverunt, non iudicio, sed laudamento: ut abbas s. Cucufatis, et sui monachi darent iam dicto Berengario et uxori sue xx. morabetinos bonos, ut ipse Berengarius et uxor eius diffinirent et evacuerent in pace predicto Raimundo, abbati, et suis monachis atque omnibus successoribus illorum, illud kastrum s. Vincencii, cum omnibus suis terminis atque pertinentiis et fevis. Quod et fecerunt, sicut inferius declaratur. Qua propter. Ego Berengarius, et uxor mea Arnaldete, diffinimus et evacuamus in pace, dompno Raimundo, s. Cucufatis abbati, et suis monachis atque omnibus illorum successoribus, sicut melius dici vel intelligi potest, ad salvamentum atque utilitatem domus s. Cucufatis, kastrum s. Vincencii, cum omnibus suis fevis atque pertinentiis et omnibus suis terminis, et quicquid infra terminos predicti katri dici vel nominari aut fieri potest omnia insimul diffinimus et evacuamus domui s. Cucufatis, taliter—^{do}— ut monachi s. Cucufatis faciant inde quicquid voluerint. Et pro hac diffinicionem sive evacuacionem, quam domui s. Cucufatis facimus in pace, recipimus a sepedicto Raimundo, abbate, et suis monachis xx." morabetinos bonos. Quisquis hanc kartam ...

Quod est actum idus sept., a.° xxvii.° regnante regis Ledovici iunioris.

S+m Berengarii de Olerii.s; S+m Arnaldete, uxoris illius., nos qui hanc kartam [iv]; S+m Ermesende, mater predictae Arnaldete; S+m Petri; S+m Guillelmi; S+m Raimundi Katri Novi, omnes isti fratres illius; S+m Bernardi Katri Novi; S+m Guillelmi Kastrivetuli; S+m Guillelmi Papiol; S+m Bertrandi de Vilalbi; S+m Mironi Kastrivetuli: S+m Petri Descorkein; S+m Raimundi de Montsospir.

S+m SANTIUS, presbiter, qui hoc. ..

1051.

1164, junio 21.

Berenguer de Prats, junto con su esposa Narbona, venden al abad de San Cugat del Valles wnas casas situadas en Tarragona.

EDIT.: Rius, *Boletín arqueolog., Tarragona*, XLV, 56-7 (1945).

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 489; *Notes*, v, 251-2 (n.° DCCCXCII).

A. C. A., *Cart.*, f. 82, n.° 314.

In Christi nomine. Presentium futurorumque memorie pateat quoniam ego Berengarius de Pratis et coniux mea Narbona vendimus vobis dompno Raimundo s. Cucufatis abbas et toti conventui eiusdem cenobii quasdam domos nostras, quas habemus et tenemus infra muros civitatis Tarrachone, iuxta domos Bertrandi de Figerola et Raimundo de Illice, pro XL.* solidos denariorum Barchinonensis monete, et pro illo, videlicet manso quem Miro de s. Oliva prephato monasterio s. Cucufatis olim dimisit, et pro decimis etiam que de

duobus molendinis de ipsa Rafegera ipsi monasterio exeunt, que michi tantummodo in vita mea habere et possidere conceditis,, et post obitum meum predictus mansus cum ipsorum molinorum decimis in ius et dominium prelibati monasterii libere et absque ullius hominis obstaculo et dilacione seu diminutione aliqua revertatur. Supra memorate vero domus michi Berengario adveniunt per adquisicionem seu per constructionem meam, et uxori mee per sum sponsalicium. Et sicut affirontant: ab oriente in domos Bertrandi iam dicti de Figerola, et ab occidente in domos Petri de Lorag, et a meridie in domos predicti Raimundi de Olzina et in vicum qui descendit a castro Vicensis episcopi versus domos Ollari de Rafagera, et a circio in domos Petri de Villa Rotunda, et in vicum quo sit transitus quorum domibus Petri Laurencii. Sic predictas domos vobis et predicto conventui s. Cucuphatis pro supradictis denariis et manso et decimis, ut dictum est, vendimus et in manus monachorum s. CucupHatis tradimus, cum egressibus et regressibus suis, et sicut eas habemus et tenemus, sic de nostro iure in dominium predicti monasterii et eius degentium tradimus ab nbissu usque in celum, cum omnibus parietibus jfuttis et stillicidiis, ad utendum et possidendum omni tempore. Et ego Berengarius de Pratis, cui vos dompne Raimunde predicte, s. Cucuphatis abbas, cum comuni assensu tocius monasterii conventus, supradictum mansum et predictorum molinorum decimas, solummodo in vita mea mihi habendum conceditis, convenio vobis et eidem s. Cucuphatis conventui esse guarentes contra cunctos homines de predictis domibus. De supradictis vero denariis, ego et coniux mea faciamus nostram voluntatem. Si quis hoc...

Que est acta xi.º kal. iulii, a.º Dominicæ Incarnacionis MCLXIII.º regnante Ledovico, rege iuniore, a.º xxv.º

S + m Berengarii; S + m Narbone, coniugis eius, qui hoc ...; S + m Ollarii; S + m Petri de Carcassona; S + m Arnaldi de Martorel; S + m Raimundi de Gomar.

Sendredus, notarius Terraconensis sedis> et presbiter, hoc...

1052.

1165, febrero 4.

Solesten define y gntrega al abad Ramón el honor que legaron a este sus difuntos hijos Berenguer y Ramón; tambien define a favor del mismo la mitad del manso de Cases Bezes cedido igualmente al Monasterw por sn hijo Ramón de Vallvidrera, a cambio de un sextario de cebada y de la sepultura.

REGESTA: MAS, *Taula*, m, 295; *Notes*, v, 257 (n.º CM).

A. C. A., Cart., f. 27 v, n.º 81

Omnibus sit manifestum quod ego Solesten, difinio et evacuo Domino Deo pt beato Cucuphati, et eius servientibus, atque in presenti trado in manu domni Raimundi, abbatis s. Cucuphatis, totum illum honorem quem Berengarius, filius meus, dimisit -js. CucuphatiJ- in suo testamento, et Rairaudus, filius meus olkn defunctus, concessit et diffinivit supradicto monasterio et eius servientibus. Sic ego diffinio et evacuo atque in presenti trado domui s, Cucuphatis,

sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem et salvamentum domus s. Cucuphatis et eius servientibus in perpetuum, sine vinculo ullius hominis vel femine. Iterum diffinio et evacuo, atque similiter trado in presenti sine ullo retentu in manu domni abbatis, medietatem ipsius mansi de Cases Bezes, quam Raimundus de Valle Vittraria, filius meus, donavit cum carta s. Cucuphati. Est autem predictus honor in parroec{i}a s. Vincencii de Serriano, sive in parroecchia s. Petri Octavianensis, et s. Cipriani, in loco qui dicitur Fonte Calciata, et propter hoc abbas s. Cucuphatis et monachis eius conveniunt mihi tantummodo in vita mea sextarium unum ordei in granario de Fonte Calciata, annuatim, in festivitate s. Felicis et insuper conveniunt mihi ut recipiant me in cimiterio s. Cucuphatis ad diem mei obitus. Si quis hoc...

Actum est hoc iii.º nonas feb., a.º xxviii.º regnante Ledovico, rege iuniore.

S + m Soksten, que hanc diffinitionem [vii]; S + m Dalmatii de Cercitulo; S + m Boni Mancipii; S + m Petri de Betilona; S + m Belot; S + m Guillelmi de Fonte Calciata.

BERNARDUS, levita et monachus, qui hoc ...

1053.

1165, marzo 14.

Oler define al Monasterio el manso del Olm, recibiendo de San Cugat veinticuatro sueldos de dineros barceloneses.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 323; *Notes*, v, 258 (n.º CMI).

A. C. A., Cart., f. 43 v, n.º 144.

Cunctis sit manifestum quod ego Oler, in presentia Petri de Castro Gallino et Guillelmi de Xercavi, atque Dalmatii de Cercitulo, aliorumque proborum hominum, diffinio atque evacuo Domino Deo et s. Cucuphati in manu domni Raimundi, abbatis, ac successorum suorum, totum mansum de Ulmo cum omnibus suis terminis atque affrontacionibus sicut melius tenebat vel habere debebat Berengarius de Ulmo, olim defuncto, vel sicut modo melius habet vel tenet Andreas per precariam s. Cucuphatis. Tali pacto diffinio et evacuo supradictum mansum, sicut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem s. Cucuphatis, ut deinceps ego Oler, nec aliquis homo vel femina pro me vel per meas voces, aliquid in supradicto manso adquiramus vel inquirent. Pro hac autem diffinitione accipio ego, Oler, ex bonis predicti cenobii xxiii.º solidos denariorum bone monete Barchinonense. Si quis hoc fregerit...

Quod est actum ii.º idus marcii, a.º xxviii.º regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Oler, qui hoc [x]; S + m Petri de Castrogallino; S + m Guillelmi de Xercavino; S + m Dalmatii de Cercitulo; S + m Ermesendis, uxoris Oler.

ARNALLUS, monachus et sacer, qui hoc ...

1054.

1165, julio 31.

Guillermo de Guardia y sus hermanos venden y definen, por trescientos cincuenta dineros, la mitad del manso de Dadilas.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 258-9 (n.º CMII).

A. C. A., Cart, f. 181, n.º 582.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de ipsa Guardia et fratres mei Berengarius et Bernardus atque Arnallus, vendimus et diffinimus Deo et cenobio s. Cucufatis et domno Raimundo, abbati, et conventui monachorum eiusdem loci presenti et futuri, nostram medietatem tocius ipsius mansi de Dadilis et tenedonum eius et totum illum honorem quem habemus et tenemus vel habere debemus, quibuscumque modis et vocibus, infra terminos et decimale de Mazcheffa, inter Matoses et terminum de Gelida, et inter Matosas et Villam de Mazcheffa. Affrontat autem predictus honor: a parte orientis in terminos castri Gelida, a meridie in collo de Portello, ab occiduo in termine de Apiera, a circio in collo de Guarguantella. Quantum infra hos terminos prenomatos nos habemus, et tenemus, et homines per nos, vel habere debemus per vocem genitorum nostrorum, vel per alias quaslibet voces, sic totum, cum introitibus et exitibus suis, integriter, vendimus et diffinimus Deo et s. Cucuphati et abbati et monachis ipsius loci presentibus et futuris, ac ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem, videlicet et profectum omnipotentis Dei et eiusdem cenobii, de nostro nostrorumque iure in ius et dominium suum tradimus, ad suum proprium plenissimum liberum et franchum alodium ad quicquid ibi vel exinde abbas s. Cucuphatis et monachi sui facere voluerint, sine vinculo... Accipimus quoque pro hac vendicione et diffinicione de bonis s. Cucufatis CCCL solidos denariorum Barchinonensium; et est manifestum. Si quis hoc ...

Actum est hoc ii.º kal. aug., a.º xxviii.⁰ regni Ledoyci iunioris.

S+m Guillelmi de ipsa Guardia; S.+ m Berengarii; S + m Bernardi; S+m Arnalli, fratrum eius, qui hoc [1]; S + m Laurete, femine; S + m Berengarii Ferre; S + m Petri Ferre; S.+ m Raijmindi Ferre; S + m Guillelmi Ferre, filiorum eiusdem Laurete; S+m Petri de Sent Oliva; S + m Raimundi de Ulmo; S+m Raimundi de Gavano; S + m Guillelmus Daunisii; S + m Petri de Annoia; S+ m Bernardi Marcucii.

1055.

1166, enero 13.

Reambalo de Montseny restituye al Monasterio lo que había usurpado de los honores de "Aqua alba", Palau y Olzinelles, recibiendo en cambio ciento veinte sueldos.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 259 (n.º CMIII).

A. C. A., Cart., f. 329, n.º 977.

Notum sit omnibus hominibus qualiter ego Reamballus de Montesigno, confiteor et recognosco Deo et cenobio s. Cucuphatis et Raimundo, abbati, et conventui monachorum eiusdem loci, esse culpabile quam iniuste et sine ratione

accepi albergas et feci toltas et forcias et magnas iniurias in honore eiusdem cenobii, scilicet in Aquaalba et in Palacio et in Olzinellis et in eorum terminis. Unde laude et consilio et ammonicione domni Ugonis, Tarrachonensis archidiaconi, et aliorum nobilium virorum ibi assistencium, venio ad finem et concordiam cum ipso abbate et cum monachis suis, presentibus et futuris, sicut hec presens scriptura inferius declarat. Qua propter. In Dei nomine. Ego supradictus Reamballus, ut Deus propicietur peccatis et negligenciis meis que in his feci, diffinio et evacuo et solvo et dimitto Deo et cenobio s. Cucuphatis et abbati et monachis suis omnes illas toltas et forcias, adulteria et homicidia et stachamenta et omnia que iuste vel iniuste requirebam et demandabam in Aquaalba, sed abbas et conventus monachorum s. Cucuphatis habeat et teneat possideat et expletet Aquaalbam cum suis terminis ubicumque habet et habere debet sicut in scripturis suis continetur, ad eorum proprium plenissimum liberum et franchum alodium, secure et libere et in sana pace omni tempore possidendum, ad eorum voluntatem facere, sine vinculo ... Item ego Reamballus convenio et dimitto et solvo Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis ut ego vel aliquis successorum meorum dum guerram habuerimus in sacrariam s. Marie de Palacio vel in dominicaturam de Olzinellis seu in honorem s. Cucuphatis non intrabimus nec ibi veniemus vel inde exiemus neque hospitabimur nec aliquid de iure s. Cucuphatis accipiam cum guerra aut sine guerra. Item ego predictus Reamballus diffinio et reddo Deo et cenobio s. Cucuphatis et abbati et monachis suis, totum illud pratum de Todberto, cultum et incultum, cum introitibus et exitibus suis, integriter, ad eorum proprium alodium liberum et quietum, ad suam voluntatem facere eo modo ut ego Reamballus solummodo in vita mea habeam et teneam predictum pratum per abbatem et monachos s. Cucuphatis ad eorum fidelitatem, et de omnibus fructibus, quos Deus ibi daturus est, donem fideliter s. Cucuphatis tascham et decimam et ad obitum meum totum supradictum pratum cum omnibus melioramentis a me et a meis ibi factis revertatur predicto cenobio s. Cucufatis et abbati et monachis suis, sine ulla inquietudine. Et ego predictus abbas s. Cucufatis et conventus eiusdem loci propter hanc diffinitionem qua tua Reamballus superius nobis et nostro monasterio facis, damus tibi cxx solidos et insuper, laude et consilio predicti archiepiscopi et ipsius archidiaconi et aliorum nobilium virorum, diffinimus tibi omnia malefacta que fecistis in predicto nostro honore que appreciantur mille quingentos solidos. Si quis hoc . . .

Que est acta idus ian., a.º xxviii.º regni Ledoici iunioris.

S + m Reamballi; S + m Adalaidis, uxoris eius, qui hoc [ii] ; S + m Petri de s. Eugenia.; S + m Petri de Palacio; S + m Bernardi de Brugariis; S + m Bernardi de s. Licerio; S + m Petri de Rivopullo; S + m Bernardi de Bleta; S + m Petri, presbiteri; S + m Arnalli de Villatorth; scripta libens ista Petrus confirmo sacrista; S + m Bernardi de s. Eugenia; S + m Berengarii de Sent Daniol; Ego Hugo, sacer, Terrachonensis ecclesie episcopus, ss.

S + m Petri de Corron. scriptoris, qui...

1056.

1166,

marzo 23.

Poncia y sus hijos definen a favor del Monasterio un campo próximo a la iglesia de Santa María, del castillo de Santa Oliva.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 551; *Notes*, v, 259-60 (n.º CMIV).
A.C.A., Cart., f. 108v, n.º 369.

Sit notum cunctis quod ego Poncia, femina, una cum filio meo Venrei, et filia mea Ermesen, cum viro suo Raimundo, nos simul difinitores sumus Domino Deo et s. Cucuphati in manu domini Raimundi, abbatis, eiusque monachorum sive omnium successorum vestrorum in perpetuum, ipsum nostrum campum quem habemus et tenemus in terminio katri s. Olive qui est iuxta ecclesiam s. Marie, sive iuxta alaudium s. Cucuphatis. Terminatur autem supradictum campus, a parte orientis in alaudio s. Marie * et in ecclesia s. Marie * sive in ipso orto, de meridie in alaudio Durandi sive in alaudio supradicte ecclesie s. Marie, de occiduo, de nos difinitores, de circi in riera et in via que descendit in torrentem. Quantum his affrontacionibus includitur et isti termini ambiunt, sic difinimus Domino Deo et prelibato monasterio totum ab integrum sine ullo retentu . . . Pro hac autem difinicionem accipimus a Petro s. Olive et a uxore sua, Dulcia, unum campum sicut est fexuriatum et terminatum a probis hominibus in loco qui dicitur Campfarner. Si quis hoc . . .

Quod est actum x.º kal. apr., a.º xxviii.º regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Poncie, femine; S + m Venrel; S + m Ermesendis, sororis eius; S + m Raimundi, viri sui, nos qui hoc [1]; S + m Petri s. Olive; S + m Dulcie, uxoris eius; S + m Rafard; S + m Duran; S + m Poncii Martini; S + m Raimundi Stephani.

ARNALLUS, monachus et sacer, qui . . .

1057.

1166, marzo 29.

Pedro de Santa Oliva y su esposa ofrecen su hijo como monje y una yugada de tierra como dote de éste.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 500-1; *Notes*, 260-1 (n.º CMV).
A. C. A., Cart., f. 107, n.º 364.

Pateat cunctis presentibus atque futuris qualiter ego Petrus s. Olive et uxor mea Dulcia, offerimus atque tradimus Domino Deo et monasterio s. Cucufatis, in manu domni Raimundi abbatis predicti monasterii, quendam nostrum filium Berengarium, ad monachum faciendum, pro remissione animarum nostrarum. Donamus namque Domino Deo et s. Cucuphati tibi que supradicto Raimundo abbati omnique conventui predicti cenobio ac omnibus successoribus vestris in perpetuum, pro hereditatem predicti nostri filii Berengarii, pariliatam unam terre cum ipso campo qui fuit de Venrel que sunt iuxta ecclesiam s. Marie de Castro s. Olive, quod est alaudium predicti cenobii. Terminatur autem predicta pariliata terre: a parte orientis, in nostra pariliata de nos donatores, sicut est

fexuriatum et terminatum, a meridie in margine grosso ipsarum palmarum, de occiduo in orto sive in cimiterio s. Marie, a circio in alaudio s. Marie. Illum vero campum qui fuit de Venrel terminatur: a parte orientis in alaudio s. Marie et in ipsa ecclesia sive in ipso orto, a meridie in tenedone Durandi et in alaudio s. Marie, de occiduo in tenedone predicti Venrel, de circio in via publica que descendit in torrentem. Iterum donamus predicto cenobio in alio loco terram heremam super ipsum palacium. Terminatur autem supradicta terra herema: de parte orientis in torrente qui discurrit de s. Olliva, de meridie in nostra tenedone, sicut est fexuriatum et terminatum, de occiduo in ipsa via que pergit ad caller, a circio in ipsa passada que vocant Oliva et in supradicto torrente. Omne vero supra-dictum+ alaudium damus Domino Deo et predicto monasterio s. Cucuphatis cum decimis inde et de cunctis alaudiis s. Marie exeuntibus, simul cum omnibus arboribus que infra sunt. Iterum evacuamus atque concedimus supradicto monasterio in terminio katri Erapruniani totum ipsum mansum de Pestel Fred, cum omnibus suis terminis et affrontacionibus quas habet vel habere debet in cunctis locis, sine ullo retentu... Hec itaque omnia suprascripta donamus atque tradimus Domino Deo. et s. Cucuphati tibi-que Raimundo abbati omnique conventui eiusdem loci, et omnibus successoribus vestris in perpetuum, ut habeatis et teneatis et expletetis pro vestro alaudio franco et libero in sana pace cum omnibus terminis et affrontacionibus, et cum exiis et regressibus supradictorum omnium quas habent vel habere debent in cunctis locis, sicut melius dici, vel intelligi potest, ad utilitatem et salvamentum s. Cucuphatis et eius servientium. Quantum supradicte affrontaciones includunt et illorum termini ambiunt, sic ego prenominatus Petrus et uxor mea Dulcia donamus atque tradimus hec omnia suprascripta, totum ab integrum, sine ullo retentu nostro nostrorumque successorum Domino Deo et s. Cucuphati eiusque servientibus in perpetuum, pro redemptione omnium peccatorum nostrorum, sive pro hereditate iam dicti nostri filii Berengarii. Insuper nos supradicti donatores et omnis posteritas nostra post nos, convenimus predicto monasterio esse defensores semper et guarentes de omni supradicto dono, contra cunctos homines vel feminas omni tempore in perpetuum. Sunt autem hec omnia in comitatu Barchinone, infra terminos katri s. Olive et Erapruniani, et in parrochia s. Iuliani, sive in parrochia s. Clementis, separatim in diversis locis, et nos accipimus a bonis monasterii s. Cucuphatis c quarteres ordeï, quas Raimundus predictus abbas dedit nobis. Si quis hoc ..

Quod est actum x.º kal. apr., a.º xxviii.º regnante Ledovico rege iuniore.

Ego Hugo, Sancte Terrachonensis ecclesie episcopus, ss.; S+m Iohannis, presbiteri atque canonici; S+m Petri s. Olive; S+m Dulcie uxoris eius, nos qui hanc [iv]; S+m Bernardi; S+m Petri; S.+m Guillelmi; S+m Gonbal; S+m Berengarii, qui hanc hereditatem meam cum me ipso concedo atque dono supradicto monasterio; S+m Elisen; S+m Ermesendis, filiorum illorum; S+m Poncii de Cubeles; S+m Poncii Martini; S.+m Raimundi Stephani; S+m Petri de Solario; S.+m Durandi; S+m Venrel; S+m Iohannis, clerici; S+m Petrus, presbiter que vocant Vitulum.

ARNALLUS, monachus et sacer, qui hoc ...

1058.

1166,

abril 28.

Definición del honor de Vilaclara que se disputaban Berenguer de Vilalta y el abad del Monasterio.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 370. — MAS, *Notes*, v, 361-2 (n. cmvi).
A. C. A., Cart., f. 212, n.º 659.

Pateat cunctis qualiter contencio fuit orta inter Berengarium de Vila Alta et Raimundum, abbatem s. Cucufatis, de quoddam honore Vila Clara, quem honorem Berengarius de Vila Alta dicebat se habere et tenere per abbatem s. Cucuphatis. Quod vero predictus abbas Berengario iam dicto hoc non concedebat; unde vero invicem longam habuerunt contencionem. Tandem, laude et consilio proborum hominum, miserunt pignoras in potestate Geraldí Alamandi et venerunt ad placitum apud s. Columbam de Muntbuin ibique, ab utrisque partibus ostensis vocibus, recognovit Berengarius de Vila Alta cum amicis suis quod nichil iuris habebat nec habere debebat in predicto honore de Vila Clara, secundum scripturas s. Cucuphatis quas ibi ostenderunt. Et ideo in presencia Geraldí Alamandi et Berengarii de Claramunto et Berengarii de Muntbuin et Bernardi s. Andree et aliorum proborum hominum, laude et consilio eorum, difinivit et evacuavit Domino Deo et s. Cucuphati et domno Raimundo, abbati, et monachis suis, predictum honorem de Villa Clara, ut modo nec deinceps ego nec ullus homo vel femina per meam vocem in prefato honore aliquid requiram nec requirant, sed solide et libere habeat in perpetuum prescriptum honorem s. Cucuphas et sui servientes ad faciendam voluntatem illorum sine blandimento ullius hominis vel femine.

Actum est hoc iiiix.º kal. mai, a.º xxviii.º regnante Leovico rege iuniore.

S + m Berengarius de Vila Alta, qui hanc [1] ; S + m Geraldus Alamandi; S + m Berengarius de Clarmunt; S + m Berengarius de Muntbuin; S + m Bernardus s. Andree; S + m Raimundus de Apiera; S + m Belot; S + m Bernardus; S + m Petrus de Laoeres; S + m Berengarius de Vulpeieres.

S + m Raimundus, monachus, qui, . . .

1059.

1166, mayo 2.

El clérigo Juan vende al Monasterio unos olivares sitos cerca de Santa Oliva por veinte sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 501; *Notes*, v, 262 (n.º cmvii).
A. C. A., Cart., f. 108, n.º 368.

Tam presentibus quam futuris sit manifestum qualiter contencio fuit inter domnum Raimundum, abbatem s. Cucuphatis, et Iohannem, clericum, de ipsis olivariis que sunt in circuitu ecclesie s. Marie de s. Oliva, quas per suos empelts suum ius esse dicebat. Tandem post placita multa et contenciones, ego Iohannes, clericus, laude et consilio Petri s. Olive et Dulcie, uxoris eius, et Rafardi, et Poncii Martini, et Raimundi Stephani, atque Durandi, et aliorum

proborum hominum, difmio, et evacuo atque vendo Domino Deo et ecclesie predictae s. Marie atque domno Raimundo, supradicto abbate, et suis, totas ipsas predictas olivarias, et de raeo iure in ius et dominium vestrum trado, ad faciendam vestram voluntatem, sicuti de aliis vestris propriis alaudiis. Et accipio a predicto abbate pro hac difinitione et vendicione xx solidos denariorum monete curribilis Barchinone. Si quis hoc. . .

Actum est hoc xii.º kal. iun., a.º xxviii.º regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Iohannis, clerici; S + m Petri s. Olive; S + m Dulcie, uxoris eius; S + m Rafardi; S + m Poncii Martini; S + m Raimundi Stephani; S + m Durandi.

Raimundus, monachus, qui. . .

1060.

1166,

junio 17.

Publicación sacramental del testamento de Ermesindis.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 262-3 (n.º CMVIII).

A. C. A., *Cart.*, f. 326 v, n.º 969.

Iuramus nos testes his nominibus apellatis, scilicet Arnallus Guadalli, sacer et Petro Guillelmi sancte Columbe de Rivo Arenes per Deum in substancia unum et in personis trinum dehinc super altare s. Petri quod cernitur esse constructum intra ecclesiam s. Marie quod est sita in comitatu Barchinone, subtus Monte signo in loco qui dicitur Palacio supra cuius sacrosancto altario has condiciones manibus nostris ... Gisla que vocabant Ermessendis iussit scribi et fieri suum testamentum quod hore suo proprio laudavit et auctorizavit et manu sua punctatim firmavit distributoribus rerum suarum videlicet Olivarius, et Raimundus Arberti atque Geraldus de Palacio precepit atque instituit qualiter corpus suum et omnes res suos ordinare. In primis concessit Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis corpus suum ad sepeliendum et filio suo Arnallo cum manso de Fersos cum omnibus pertinenciis qui ad ipsum mansum pertinent et equa i et i sarracenum et in ista equa et in isto sarraceno habuisset opera s. Cucuphatis ii moabetinos. Dimisit s. Crucis et archiepiscopo moabeti i et ad s. Stephani et ad clericos Palacii alios et ad s. Maria de Palaci medium moabetinum et ad s. Columba medium et ad cavalleriam Templum Domini pelles suas et ad Hospitale Ierosolimitanum moabeti i et ad s. Petrum de Villamaiore et ad sacerdotem eius alios et ad s. Stephani de Palaci urceolo i et ad s. Salvatorem moabeti i et ad s. Mariam Gerunde medium. Dimisit ad filiam Maiassendis mansum ubi habitat Bernardus Gifredi cum suis pertinenciis et brisallo i et guadenga i et lanceolos ii et plumacio i. Dimisit ad filio suo Guillelmo mansum ubi Raimundus Guilaberti habitat cum suis tenedonibus quas tenet ubique et ipsum suum sponsalicium que ei fecit viro suo Raimundo quod in Villamaiore est in loco nominato Villarara. Dimisit ad filio suo Petro Rumeo et ad viro suo Reimundo alium suum honorem tam fevum quam alodium equaliter et post obitum viro suo Reimundo remansisset ad filio suo Petro Rumeo, et si obierit filius suus Petrus sine infante de legitimo coniugio remansisset ad filio suo Guillelmo et ad filia sua Maiassendis equaliter; et si obierit GuUel-

mus sine infante de legitimo coniugio, remansisset ad Petrum, fratri suo; et si obierit filius suus Petrus sine infante de legitimo coniugio remansisset ad filio suo Guillelmo et ad filia sua Maiassendis equaliter; et si obierit Guillelmus sine infante de legitimo coniugio, remansisset ad Petrum, fratri suo; et si obierit Petrus, filius eius et filia sua Maiassendis sine infante de legitimo coniugio, remansisset ad filio suo Guillelmo. Dimisit Reimundo sacer medium moabeti, et ad capellanus de Palacio similiter et ad Arnall Guillelmi pelicia i et ad Bernard, levita, quartera i ordei et quod remansisset de sua tercia parte pro anima sua.

Actum fuit et firmatum predictum testameiitum vx.º kal. aug., a.º xxviii.º regni regis Leudovici. Postquam predicta testatrix hec omnia ordinavit vixit postea annum unum et mensibus quinque et amplius et aliter volumptatem suam . . . deinde ingravescente langore cum hac volumptate discessit ab hoc seculo iii.º kal. ian., a.º xxviii.º regni regis Leudovici. Et nos prefati testes...

Late huius conditionis xv.º kal. iul., a.º xxviii.º regni Leudovici regis.

S + m Arnallus Guadalli, sacer; S + m Petri Guillelmi, nos sumus huius rei testes et iuratores; S + m Olivarii; S + m Raimundi Arberti; S + m Geralldi de Palacio, nos sumus manumissores.

Guillelmus, sacerdos et monachus, qui hoc . . .

1061.

1166,

septiembre 5.

Guillermo, abad de San Cugat da a Ponce de Espiells un alodio.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 263-4 (n.º CMIX).—CARRERAS, *Palomas*, 270, nota 161.
A. C. A., Cart., f. 157 v, n.º 510.

Sit notum cunctis qualiter ego Guillelmus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas, et omnes eiusdem conventus, damus tibi Poncio de Espidellis et omni proie-niei ac posteritati tue, alodium s. Cucuphatis et nostrum quem habemus in comitatu Barch., et in termine de Espidellis, separatis in multis locis, scilicet, campum de Columbario et trileam, et mansum de Puteo cum omnibus suis pertinenciis, et ipsum alaudium nostrum de Enimbardes et Campdeni de Malo Granato. Affrontat autem predictum campum de Columbario: ab oriente in Gragilosa, a meridie in cimiterio s. Benedicti, ab occiduo et a circio in carre-ra. Terminatur autem ab oriente predicta trilea in carrera et in tapies, a mer-idie in tenedone Petri Fulconis, ab occiduo et circio in torrente. Affrontat prefatus mansus de Puteo: ab oriente in collo et in termine de Gilida, a mer-idie in campo de Columbario predicto et in trilea et in carrera que vadit ad Espidellos, ab occidente in nostro manso de Bancels, et in carrera que vadit de Munistrol ad Barchinonam, a circio in predicta carrera. Terminatur au-tem iam dictum alaudium de Enimbardes: ab oriente in tenedone Petri de Sa-gas et in termine de Gilida, a meridie in carrera et in manso de Puteo, ab occiduo in manso de Vilanova, a circio in nostro alaudio et s. Benedicti et in honore Petri de Fernando; terminatur autem prefatum campum de Malo Gra-nario: ab oriente in Gragilosa, a meridie in campo de Columbario, ab occiduo et a circio in manso de Puteo. Quantum iste affrontaciones includunt et ter-

mini ambiunt, sic damus tibi et universe proieni ei ac posteritati tue prefatum honorem, cum ingressibus et egressibus suis, extra vineam et terram in qua est fundata, quam tenet Petrus de Malsabrer, ut teneatis et habeatis vos et vestri post vos, ad servitium s. Cucuphatis et nostrum; tali ratione et conventu, ut donetis nobis et successoribus nostris, vos et vestri post vos, omni tempore, de omni predicto honore, exceptus de prefata trilea, quintum et decimum et primiciam nostre ecclesie s. Benedicti, et de trilea donetis annuatim in Natale Domini pernam unam precio duorum solidorum; et donetis ad nostra vexela de Espidels circulos de ipsa trilea dum ibi fuerint inventi, et de olivariis et de glandiferis qui sunt vel fuerint in omni predicto honore, exceptus de trilea, donetis quintum et decimum. Tu vero Poncius predictus sis noster solidos omnibus diebus vite tue, stans in Espidels per omnem predictum honorem, et post te ille filius tuus quem tu elegeris, similiter sit solidus noster stans in Espidels, et habeat de supradicto honore, ille et proienies eius sive posteritas, unus post alium, indivisibiliter, prefatum mansum de Puteo cum terminis et affrontacionibus suis et trileam et campum de Columbario, et campum de Malo Granario, unde donet quintum et decimum, et ce[n]sum de trilea, sicut superius scriptum est. Si quis hoc ...

Quod est actum nonas sept, a.° xxx.° regnante Lodovico rege iuniore.

S+m Poncii de Espidels, qui hoc laudo et firmo, firmarique rogo; S+m Petri, filii eius; S+m Poncii, filii eius; S+m Ferrarii, filii eius; Bertrandi de Munistrol; S+m Dalmacii, levite; S+m Belot; S+m Berengarii de Vallesica.

S+m Petri, sacerdotis, qui ...

1062.

1167, junio 1.

Pedro de Bonastre define al Monasterio el manso de Palacio de Serps.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 252. — MAS, *Taula*, iii, 325; *Notcs*, v, 265 (n.° CMXI).
A. C. A., Cart., f. 47, n.° 156.

Sit notum cunctis quod ego Petrus de Bonastre, diffinio et evacuo Domino Deo et monasterio s. Cucufatis, et tibi Raimundo, abbati, et monachis eiusdem loci, ipsum mansum de Palacio de Serp, quem iniuste requirebam. Et hoc facio laudo et consilio proborum hominum ut ego vel homo per me in predicto manso aliquid {non} requiram vel requirat, set sit solum et liberum a me et meis s. Cucuphati et eius servientibus, sine ullo meo meorumque retentu. Si quis hoc ...

Quod est actum kal. mai, a.° xxx.° regnante Lodovico rege iuniore.

S.+m Petri de Bonastre, qui hoc [x]; S+m Guillelmi; S+m Arnalli, filii eius; S.+m Arnalli, fratris eius; S'+m Arberti, fratris eius; S+m Petri de Volpeieres; S+m Raimundi de Vallesica.

S+m Petri, sacerdotis, qui ...

1063.

1167,

junio 4.

Solesten entrega al Monasterio un manso, situado en San Juan Despí. Durante la vida de la donante el cenobio recibirá un par de capones, y después de su muerte será nuda y libre propiedad de San Cugat.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 265 (n.º C.MXII).

A. C. A., Cart., f. 239 v, n.º 748.

Pateat cunctis presentibus atque futuris qualiter ego Solesten dono atque in presenti trado Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis, in manu domni Raimundi, abbatis, et eius monachorum, ipsum meum mansum, quem habeo apud s. Iohannem de Pino. Et autem predictus mansus in comitatu Barch., et in parroecia s. Iohannis de Pino. Terminatur autem: a parte orientis in via que vadit ad domum Petri s. Olive, de meridie in alaudio s. Iohannis, de occiduo in via publica, a parte vero circii in alaudio de Catalodela. Quantum his affrontacionibus includitur, sic dono atque offero simulque trado predictum mansum, cum exiis et regressibus suis, Domino Deo et s. Cucuphatis cenobio, pro redempcione anime . . . in perpetuum, ad omnem plenissimam vestram voluntatem faciendam, et de meo iure in vestro dominio trado, in tali conventu, ut de predicto manso vos habeatis annuatim ipsos capons per tenedonem. Post obitum vero meum, solidum et liberum predictus mansus remaneat predicto cenobio s. Cucuphatis et eius servientibus, sine blandimento . . . Si quis homo . . .

Quod est actum ii.º nonas iunii, a.º xxx.º regnante Ledoyco rege iuniore.

S + m Solesten, que hoc [vii]; S + m Rafard, filii eius; S + m Raimundide Vilalba; S + m Berengarii de Serria; S + m Bernardi de Salaverd; S + m Guillelmi de Salaverd; S + m Petri s. Iohannis; S + m Bernardi, presbiteri; S + m Bernardus, sacer; S + m Mir de Torreies; S + m Berengarii Bedei; S + m Calvo.

Arnallus, monachus et sacer, qui . . .

1064.

1167, junio 12.

Guillermo de Castellvell da al Monasterio unas casas que posee en Martorell; entre las cargas figura el censo de un mancuso.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 266 (n.º CMXIII). —PEDEMONTE, *Notes*, 116.

A. C. A., Cart., f. 214, n.º 664.

Tam presentibus quam futuris sit manifestum quod ego Guillelmus Castri Vetuli, propter Dei amore et remissionem omnium peccatorum meorum, dono, concedo atque in presenti trado Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et omnibus monacis eiusdem loci servientibus, domos cum solos et suprapositos Raimundi Siurana, olim defuntus, et modo habet et tenet eius filius Guillelmus Raimundi, sicut ipsi melius abuerunt et tenuerunt per vocem patri mei, et nunc iam dictus Guillelmus Raimundi tenet per me. Sic quantum ego predictus donator abeo vel abere debeo per qualicumque modo in predictas domos, sive

in senssum sive in homines ibi manentes, totum ab integrum, sine illo retentu, dono supradicto monasterio s. Cucuphatis supradictas domos ad suum proprium alaudium franchum et liberum, cum ingressibus et egressibus earum, a celo usque in abissum. Et ipsi homines qui steterint in vestras manssiones non vadant nec faciant chavalcadas nec malefactas per me nec per meis successoribus, sed tantum adiuvent defendere vila Martorelli. Et si abbas vel monaci et homines predicti monasterii aliquid miserint ad salvandum in iam dictas manssiones, omni tempore sit ei salvum et liberum, sine ullo districtu et quantum illis placuerint ospitent ibi. Et sunt predictas domos in chomitatum Barchinone, in terminio Raonis, intus villa Martorelli. Et abebant affrontaciones: de orientis in domos R. Ermengaudi, de meridie in carrera publica, de occiduo in domos qui, fuerunt de Raimundus Arnalli et de Gerallo de Crosis, de parte vero circii in domo Raimundi de Soler. Et de supradictis domos exiit censsum i muchos annuatim ad festa Natali Domini.

Actum est hoc ii.º idus iunii, a.º xxx.º regni Ledovici iuniore.

S.+m Guillelmi Castrivetuli, qui hoc [x] ; S + m Geralli de Crosis; S+m Carbonelli; S + m Bonet; S+m Raimundi s. Iacobi; S.+ m Petri Guillelmi; S+m Guillelmi R. Siurana; S.+ m Arnalli de Avinione; S + m Arbert Bischoch. Raimundi, levite, qui hoc ...

1065.

1167, julio 4.

"Bonadona" y sus hijos venden, por veinte sueldos, el campo del Estanque, con su huerto, sito en Capellades.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 266-7 (n.º CMXIV).
A. C. A., Cart., f. 193 v, n.º 608.

Sit notum cunctis qualiter ego Bonadona et filius meus Bonet, et coniuux sua Dulcia, nos simul venditores sumus Domino Deo et s. Cucufatis Octavianensis cenobii et domno R. abbati et Ruderico, preposito, et toto alio eiusdem loci conventui, ipsum campum de ipso Stagno, cum ipso orto, qui secum tenet, sicut terminatur: a parte orientis in ipsa strata que vadit de ipsa vila ad ipsum Pratum et ad ipso Pedro, a meridie in predicto Prato et in Estagno, ab occasu in alodio s. Cucuphatis que tenet Arnallus de Coilo Oler, a circii in ipso rego unde rigant ipsos ortos. Quantum prenominate affrontaciones circiunt infra, sic vendimus vobis predictis, sicut dictum est, sicut melius intelligi potest, sic deliberamus et evacuamus ipsum campum et ortum per solidos xx rnonete Barch., exceptus ipsum noyer; et est manifestum; et de nostro iure in vestrum tradimus dominio et potestate, cum exiis et regressiis earum. Sunt namque hec omnia in pago Barchinone, infra fines katri Clarimontis, in alodio s. Cucufatis in Capelatas. Si quis hoc ...

S + m Petri, clerici. Quod est actum iii.º nonas iulii, a.º xxx.º regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Bonadona; S.+m Bonet; S+m Dulcia; S + m Sebilis, nos qui hanc [1] ; S + m Bertrandi de Clarmunt; S + m Guillelmi s. Iohannis; S + m G.; S + m A. de Oztor; S.+ m Petrus, sacerdos.

Berengarius, levita, qui ...

1066.

1167, septiembre 10.

Berengaria de Cabaces y sus hijos definen al abad Ramón el honor que Armengol Folch dió al Monasterio, sito en Perafita.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 267 (n.º CMXV).

A, C. A., Cart., f. 386, n.º 1123.

Sit notum cunctis qualiter ego Berengaria de Cabaies, una cum filiis meis Petro et Raimundo, difinimus et evacuumus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et tibi Raimundo, abbati, et omni conventui atque successoribus eorum, omnem illum honorem quem Ermengaudus Fulconis dedit s. Cucufati carta donacionis, in loco vocitato Perafita, sicut est terminatum et fexuriatum in presencia Raimundi, abbatis, et Geralli de Rivosico et Bernardi de Plegamans atque Berengarie predicte suorumque filiorum Petri et Raimundi atque multorum proborum hominum. Predictum vero honorem ego Berengaria prefata, una cum filiis meis predictis, reddimus et diffinimus atque evacuumus Domino Deo et s. Cucufati et eius servientibus, ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem predicti monasterii s. Cucufatis. Si quis hoc . . .

Quod est actum iiii.º idus sept., a.º xxxi.º regnante Lodovico rege iuniore.

S + m Berengarie, femine; S + m Petri; S + m Raimundi, filiorum eius, qui hoc [1]; S + m Raimundi de Barberano; S + m Guillelmi de Agel; S + m Geralli de Rivosico; S + m Bernardi de Plegamans; S + m Bertrandi de Canals; S + m Guillelmi de Montetornes; S + m Guillelmi de Mogoda; Poncius, sacerdos. Ss. S + m Petri, sacerdotis, qui...

1067.

1168,

marzo 4.

Artaldo, obispo de Elna, y Ramón, abad de Arles, delegados de Alejandro III, dictan sentencia en la causa promovida por el abad del Monasterio, de una parte, y por el Monasterio de San Lorenzo del Munt, de otra.

EDIT.: Moxó, *Memorias*, ap. xiii. — PERAY, *Memorias*, ap. xiii. — *San Cugat*, ap. xiii.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 544.—MAS, *Taula*, iii, 218; *Notes*, v, 264 (n.º CMX).

A. C. A., Cart., f. 11, n.º 15.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod causa que vertebatur inter abbatem s. Cucuphatis et monachos s. Laurentii cognoscenda et terminanda fuit delegata a dominio papa Alexandro venerabilibus fratribus Artaldo, scilicet, Elenensi, episcopo, et Raimundo, Arulensi abbati, videlicet, de electione abbatis s. Laurentii, quam s. Cucuphatis abbas per se fieri proponebat, et de subiectione quam in monasterio s. Laurentii se habere asserebat, et de censu quem in eodem monasterio, trium scilicet aureorum, exigebat. Ad quam causam ventilandam et diffiniendam predicti iudices certum diem apud s. Celedonium constituerunt. Ibiq[ue] coadunatis partibus, plurimisque aliis reverentissimis e[t] religiosis viris, domno videlicet Hugone, Terraconensi archiepiscopo et Guillelflo, Barchinonensi episcopo, Arnaldo, Urgellensi, et Petro, Ausonensi, et Guil-

lelmo, Gerondensi episcopis, et eiusdem provincie plurimis religiosis abbatibus, predicti iudices, auditis hinc inde rationibus et exploratione instrumentorum et testium plenarie cognitis, cum debitum fine cause inponere vellent, utraque litigantium pars, habito consilio, pocius elegerunt stare consilio eorum de predicto negotio quam iudicio. Nos denique, predicti iudices, cognoscentes ordinem rei et partes ad bonam et firmam pacem reducere cupientes, sic partes illas ad unitatem dilectionis et concordie reducimus. Considerantes quidem iusticiam et equitatem, statuimus. ut conventus s. Laurentii eligat sibi abbatem secundum regulam s. Benedicti, illum scilicet quem dignum vita et moribus cognoverit, in capitulo s. Laurentii quando abbas eorum decesserit, cum presentia et consilio abbatis s. Cucuphatis, ita tamen quod abbas s. Cucuphatis adhibeat consilium electioni quodcumque sanius debuerit, secundum Deum. Cumque ibi fuerit abbas electus obedientiam abbati s. Cucuphatis promittat in capitulo s. Cucuphatis. Quod si aliter fieret, irrita electio esset. Statuimus iterum quod si abbas s. Cucuphatis intraverit eorum vel capitulum s. Laurentii, sedeat in loco abbatis, si ei placuerit, et si forte abbas s. Cucuphatis morte vel longinquitate abesset, quando abbas s. Laurentii esset eligendus et electio illa, si defferretur, ad iacturam monasterii s. Laurentii foret, si abbas s. Cucuphatis expectarent, tunc cum priore s. Cucuphatis fiat electio apud s. Laurentium et cum abbas s. Cucuphatis reverteretur, vel si esset mortuus, crearetur, habeat, sicut superius est dictum, in abbatem s. Laurentii obedientiam et reverentiam. Illud etiam adnectimus quod eum benedicendum offerat episcopo Barchinonensi. Ad ultimum vero predictum censum, qui erat trium aureorum, ad duos aureos reducimus, ut de cetero duo tantum prestentur annuatim in festo s. Martini.

Actum est hoc **iiii.**^o non mart., a.^o Dominice Incarnationis MCLXVII regnante Ledoyco rege in Francia.

S + m Artaldi, Elenensis episcopi; S + m Raimundi, Arulensis abbatis, +; Raimundus, gratia Dei s. Cucufatis abbas; Poncii, monachi; Rudericus, monachus; Petri, monachi; Bernardi, monachi; Raimundus, monachus; Laurentius, monachus; Poncii, +monachi+; Raimundus, monachus; Geraldus, monachus.

1068.

1169, abril 20.

Pedro Geriberto se entrega al Monasterio como monje, y al propio tiempo su heredad y una medida de aceite que debe pagar anualmente el que posea su alodio de la Villa.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 540. — MAS, *Taula*, iii, 489; *Notes*, vi, 3 (n.^o CMXVI). A. C. A., Cart, f. 27, n.^o 79.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Giriberti, dono, offero atque trado me ipsum Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis, tibi que Raimundo, abbati, ad monachum faciendum, secundum regulam beati Benedicti. Insuper dono atque offero Domino Deo et iam dicto monasterio, eiusque servientibus, in perpetuum, per meam hereditatem et pro remedium... annuatim in Natale Domini medium quartarium olei ad mensuram de Sabadel, in meo alaudio quod dicunt

de ipsa Vila per censum omni tempore. Et ille vel illi qui habuerint predictum honorem de iam dicta Vila persolvat vel persolvant prefatum censum predicto monasterio, sine ulla contrarietate, in predicto termino. Si quis hoc...

Quod est actum xii.º kal. madii, a.º xxxii.º regnante Lodovico rege iuniore.

S + m Petri Giriberti, qui hoc laudo [x]; S + m Gialme, uxoris eius; S + m Geralli; S + m Raimunde, uxoris eius; S + m Boneti; S + m Ermisindis, uxoris eius; S + m Raimundi, filiorum eorum; S + m Arsindis; S + m Perete; S + m Ermisindis, filiarum eorum; S + m Petri, filii Garalli; S + m Petri de Volpeieres; S + m Berengarii, fratris eius; S + m Berengarii de Campaiano; S + m Arnalli de Monte Calvo.

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1069.

1169, abril 27.

Testamento de Sicardis.

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 177. A-2, 1. Copia de 1225.

Quoniam nullus... ego Sicardis iaceo in egritudine et facio meo testamento, ut si aliud... Et eligo manumissores meos, videlicet, filius meus Guillelmus et Iohannes Puculli atque Petrus de s. Marciallo, quibus precipio... In primis dimitto corpus meum monasterio s. Cucuphatis cum viii solid-denariorum; di[mitto s.] Martino eiusque servientibus iii solid. et s. Crucis sencteqe Eulalie quartera i ordei et s. Marie et s. Iohanni alia, et per misses i quartera tritici et meis senioribus. . . . ribus; et istas levas ereant mee tercię partis de meo mobile. Et si aliquid non remanet de mea parte ut manumissores meos donent pro anima....filio meo Arnallo ipsum honorem quem habeo in Faionel et ipsum mansum de Geralla cum ipsa Coma que est ultra Torrento et ipsunt mansum de Codoniers [filio] meo Guillelmo omnes alias tenedones ubique habeo vel habere debeo, simul cum ipso manso in quo habito, cum omnibus suis pertinentiis; et precipio atque rogo fi[lios meos ut pers]olvant meos debitos.

Actum est hoc testamentum v.º kal. mai., a.º xxxii.º regni regis Ludovici iunioris.

S + m Sicardis, qui hoc [vii]; S + m Guillelmus, filius meus; S + m Iohani Puculli; S + m Petri de s. Marciallo; S + m Arnalli, filius eius; S + m Cantaboni, qui hoc laudo et firmo ita ut sim domnus et potens in supradictum honorem omnibus diebus vite mee.

S + m Raimundi, presbiteri, qui hoc scripsit...

1070.

1169, junio 4.

Ramón de Vila Rodona vende a Raimundo, abad de San Cugat, una casa sita en Tarragona, por dos maravedises.

EDIT.: Rius, *Casas de San Cugat del Vallés en la ciudad de Tarragona. Bolctín Arqueológico*, XLV (1945), 54-57.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 551,—MAS, *Taula*, iii, 489; *Notes*, vi, 4 (n.º CMXVII).
A. C. A., Cart., f. 82, n.º 315.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Raimundus de Villa Rotunda vendo vobis Raimundo, abbati, scilicet de s. Cucuphati et successoribus vestris pro ii morabetinis bonis, sine engan, unam domum cum omni solo terre quod est ante domos nostros que sunt in civitate Tarrachone, iuxta domos Arnaldi de Menleu et Garsionis; adveniunt mihi per donum fratris mei Petri de Villa Rotunda. Et sicut predicta domus cum omni solo terre quod ante eius ianuam est, affrontat: ab oriente in domos Arnaldi Basto, et a meridie in iam dictas domos Arnaldi de Menleu, scilicet et Garsionis, et ab occidente in vestras domos, et a circio in domos Paschale Raiichalos, sic ea vobis vendimus cum egressibus et ingressibus suis ab abissu usque in celum, ad omnes voluntates vestras faciendas, salva tamen iusticia et fidelitate Terrachonensis ecclesie et archiepiscopi. Si quis hoc...

Actum est in Terrachona xviii.º kal. iulii, a.º MCLXVIII.º Dominice Incarnacionis.

S+m Raimundi, qui hanc vendicionen feci et firmavi, testibusque firmari rogavi; S+m Petri, nepotis mei; Ego Geraldus, presbiter Terachone, canonicus, ss.; S+m Sifnonis; S+m Bardine; S+m Calboni; S+m Petri de Carcassona.

Arnaldus, Ypolevita, hoc scripsit precepto sen, Terrachone, data die et anno quo ss. supra.

1071.

1169, octubre 21.

Testamento de Pedro de "Licano".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 4 (n.º CMXVIII).

A. C. A., Cart., f. 552, n.º 1036.

In nomine Domini. Ego Petrus de Licano, iaceo in egritudine mea et spero misericordiam Dei, et id circo facio meum testamentum et eligo manumissores meos, videlicet: Stephania, mater mea, et Guillelmus de s. Columba, et Petrus s. Vincentii et Bernardus, monachus, frater meus, et Miro de Molleto, quibus precipio... In primis dimitto corpus meum ad monasterium s. Cucufatis, cum uno manso, ad sepeliendum, qui est in kastro de Licano, in quo habitat Raimundu Mironis de Prato, cum omnibus suis pertinenciis et affrontacionibus. Et Hospitali Ierosolimitano unum campum, quem tenet per me Petrus de Collo, simul cum equo meo et armis et unam guarnidomem, qua michi debet Petrus

de villa de Man. Et ecclesie s. Christofori de Licanum, unum campum, qui est super molendinum Visan. Et ecclesie s. Vincentii de Petrabonam, alium campum, qui est iusta ipsum que dimisi s. Christoforo, qui solebat esse vineam meam. Et altari s. Marie de Licano, unum mansum de Valle Ambulada, cum suis pertinenciis, et unum campum de Cantalobs, cum vinea que ibi est fundata. Et ecclesie s. Marie de Solsona, ipsas domos quas ego tenebam in Barchinona per vocem predictae ecclesie. Et precipio manubussoribus meis, ut ipsi redimant predictas domos de xii aureis. Et ecclesie s. Eulalie de Campo, ipsum meum campum de Collo, quem tenet per me in pignore. Et dimitto sedi Barchinone et episcopo ii aureos, et sepulcro Domini nostri ii aureos. Et dimitta Raimundo de Cerdaiola unum equum, que sibi debeo et patri suo Raimunido xx solidos denariorum, quos ei debeo. Et dimitto monasterio s. Petri Puellarum XL solidos denariorum propter forifactorum quam ibi feci. Et dimitto Dalmatio de Paladdaries LXX solidos et Berengario de Barberan xxxv aureos et Raimundo de Lubricato xv aureos et Arnallo Raulfo xxx solidos et Bernardo de Camposenteges xx solidos et Berengario de Castrovetulo XL solidos. Et omnia alia mea debita sint soluta, et Petro Brocardi XLVI solidos et de ipso pignore quod teneo de Raimundo de Subirads, dimitto Raimundo filio suo LXXX aureos. Et dimitto matri mee Stephanie omnem meum honorem quem habeo vel habere debeo in cunctis locis omnibus diebus vite sue, exceptus laxaciones quas feci pro anima mea, sicut superius est scriptum in tali videlicet racione, ut ipsa persolvat omnia mea debita; et si forte evenerit quod ipsa moreretur antequam mea debita essent soluta, predicti manumisaores teneant omnem meum honorem donec omnia mea debita sint soluta. Et debeo a Damiger viii aureos et Mir de Torreies fideiussor et Rubeo vii solidos. Et dimitto medietatem omnium mearum pignorum Arsendi, sorori mee. Aliam vero medietatem filio Guillelmi s. Columbe. Omnem meum honorem, tam de alodiis quam de fevis, que habeo vel habere debeo in cunctis locis, exceptus quod pro anima mea accepi, post obitum matris mee et post persoluta omnia mea debita, remaneat, sicut pater meus ordinavit in suo testamento. Et filius Guillelmi s. Columbe habeat omnem totam hereditatem illam que Petrus Arberti, avus eius, in suo testamento dimisit filie sue Ermesendi. Et Arsendis, sorori mea, habeat omnem suam hereditatem, sicut pater meus in suo testamento ei dimisit. Et rogo matrem meam et manumissores meos, ut ipsi stabiliant pro redemptione anime mee unum presbiterum in ecclesia s. Christofori. qui cotidie in altari s. Marie celebret missam per unum annum, et alium presbiterum similiter, qui in ecclesia s. Vincentii de Petrabona per unum annum celebret missam. Et dimitto ad Guillelmum de Orta et ad Eimericum, ut filius Guillelmi s. Columbe faciat eos milites et Raimundo, armigero meo, dimitto xxx solidos.

Actum est hoc xii.º kal. nov., a.º xxxiii.º regnante Ledoico rege iuniore.

S + m Petri de Lizano, qui hoc testamentum [xi]; S + m Stefanie. matris eius; S + m Guillelmi s. Columbe; S + m Petri s. Vincentii; S + m Mir de Molleto; Bernardi de Molleto, nos qui testes et manumissores huius testamenti sumus; S + m Iozfredi de s. Columba; S + m Bernardi de Camposenteges; S + m Pondii de Cubeles.

Arnallus, monachus, qui hoc fideliter transtulit...